14 Quandò autem Officialis esset de graui crimine imperitus, pro quo pœna corporali veniret plectendus, & sic culpæ contra illum resultantes essent grauissimæ, & plenæ probatæ, tunc iuste poterit carcerari, & in carceribus detineri, vt notat. Bald. in l. obseruare §. proficisci quæst. 8. ff. de Offic. proconsul. Amodeus de syndicat. numer. 185. Augustin. Dulcet. in eodem tractat. numer. 20. Auil. in capit. 3. syndicatus glos. Pregonar, numer. 21. Caualcan. de Brach. regal. par. 5. num. 95. Cancer. part. 3. variar. resolu. capit. 12. numer. 17. Bouadill. lib. 5. cap. 1. num. 106. in fine. Mastril. de Magistr. lib. 6. cap. 2. num. 40.

15 Si vero Officialis solum veniret pœna pecuniaria, aut officij priuatione puniendus, tunc non debet carcerari, etiam quod impetitus esset de crimine Baratariæ quamuis illud, inter maximas, & capitales causas connumeretur, secundum Amodeum in tra-

16 ctat. de syndicat. numer. 185. & ratio est quia pœna Baratariæ, est pecuniaria, & priuationis officij, ex text. in l. 1. & in l. diuus Pius, ff. de Custod. reorum, l. 1. C. eod. l. minime, C. de Appellat. per quæ iura ita notat. Bouadill.

17 lib. 5. capit. 1. numer. 106. prope fin. Et quando delicta Officialium non sunt ardua, & capitalia carcerationi aduersus eos non est locus, sed extra carceres audiri debent, præstita fideiussoria cautione, vt notat Ioseph. Cumian. in praxi de syndicat. capit. 11. numer. 8. & sequent. Amodeus in eod. tractat. numer. 206. Bald. in simili. tractat. numer. 6. Cathal. numer. 292. alios refert Mastril. dict. lib. 6. capit. 38. & 39. vbi etiam loquitur, quando ex probatis veniret Officialis pœna pecuniaria puniendus, Auiles in capit. 3. Iudic. syndicat. glos. Pregonar, numer. 21.

18 fol. mihi 266. Vbi dicit, quod si Potestas fideiussores non reperiat in loco, in quo residentiam facere tenetur, nõ debet personaliter detineri, nisi esset causa capitalis.

19 Pro debito autem Ciuili dubium est, an Officialis carcerari possit, & videtur non posse, præsertim si fuerit Magistratus, aut Iudex, quia isti gaudent priuilegio in defectum bonorum, quod scilicet non teneantur vltra quam facere possint secundum Bal. in l. quæ fortuitis, C. de Pigno. actio. col. 5. numer. 25. Alexand. in additio. ad Bart. in l. si filius familias Iudex, ff. de iudicis Cathald. de syndicat. quæst. 5. numer. 9. Auiles in capit. 1. Prætor. glos. Durante, numer. 10. vbi post Baldum, & Alexand. dicit, quod Iudices pro debito pro quo sunt condemnati, non possunt carcerari finito officio, etiam si non sint soluendo, sed tenentur solũ in quantum facere possunt, quod dicit notandum.

20 Verum de consuetudine contrariũ præticatur, præcipuè quando debitum descendit ex delicto, & ratione officij ipsius Iudicis male iudicantis; nam tunc debet detineri in carceribus donec soluat, & seu idoneos fideiussores præstet ita Bald. sibi contrarius in capit. 1. §. Iudices, numer. 2. de Pace. iurament. firmand. in feud. vbi, quod de consuetudine est, quod donatur in carcerem donech soluat. Florianus in l. idem iuris. §. Mulionem, ff. ad l. Aquiliam. Puteus de syndicat. verb. Assessor, capit. 1. numer. 12. causa enim male iudicati, est culpabilis in Iudice, quia imperitiæ culpę annumeratur, vt est regula iuris in §. præterea, Medicus, inst. de lege Aquilia. glos. in l. 2. ff. Quod quisque iur. & quando iudicando deliquit per dolum, aut corruptelam. Tunc est vere delinquẽs, & manet

21 infamis, vt in l. fi. C. de pen. Iudic. qui male iudica. Et ideo in his casibus etiã si sit Nobilis, aut Doctor, carceratur, & carcerari potest, vt in terminis not.

22 Bouad. lib. 5. c. 1. n. 107. Quã opinionẽ in Cathalonia procedere existimo nõ obstante

obſtante conſtitutione finali titulo de actionib. & obligat. vbi Miles pro debito ciuili capi non poteſt, nec etiam Doctores tanquam priuilegio Militari gaudentes, pro vt fuit ita deciſſum in Regia Audientia teſte Nobili Ludouico à Peguera deciſion. 165. per
23 tot. Quia dicta conſtitutio, & deciſſio loquuntur in debito ciuili ex contractu, vel quaſi procedente, quo in caſu Doctor capi non poteſt, nec iure communi probat text. in l. medicos, C. de profeſſo. & medicis,lib. 10. Secus autem eſt pro debito deſcendente ex delicto: nam tunc vtiq; Miles, & Doctor capi poſſunt ad notat.per Bar. in l.fin. §. hæc actio,ff. de his, quę in fraudem credito.gloſ.& DD.in cap.1. de purga. canon. Tiraquel.de nobilitate capit.24.Ioan.Gutierr.de Iuram. confirma.part.1. capit.16. numer. 16. & ſequent. & ex noſtratibus Calicius in margarita fiſci in rubric. de pæna amiſ. milit. verſiculo, centeſimus quinque caſus eſt, & Mier.part.2.cap. 25.numer.54.collat.9. pagin. 114. Et
24 ab hac opinione non recedit vir doctiſſimus, & optime de iuris prudentia meritus Ioann. Petrus Fontanell. in tractat. de pact.nuptialibus clauſul. 8. gloſ. 3. numer. 20. & ſequent. vbi ſub numer. 22. refert Regiam declarationem noſtri Regij Senatus referente egregio Senatore Hieronymo Aſtor omnium ſubtilitatum Principe in cauſa ſupplicationis confirmatam.

Vbi autem Officialis captus fue-
25 rit, vel aliter non captus, & ab eo exigenda erit depoſitio per Iudicem Viſitatorem, vtique ſciendum eſt, quod illa redigi debet in ſcriptis per Notarium viſitæ,ex text.in l. 1. ff. de cuſto. reorum;verum ipſe Notarius ſolus illam exigere non poterit, ſecundum gloſ. communiter receptam in l.iub eius verbo, aliud Iudicium, C. de libera.cauſ. Floria.in l.proinde numer. 112.ff. ad l. Aquil. Afflict. deciſ.
26 186.num.6. Hinc etiam animaduerte re debet ipſe Viſitator,quod recipiendo depoſitionē ab aliquo præheminēti Magiſtratu,ſeu Regio Senatore, Deputatis Regni, Decurionibus, ſeu Cōſiliarijs inſignium Ciuitatuum, & ſimilibus viris Illuſtribus, curam habeat,quod illi honorificè ſedeant cum ipſo, quia viri illuſtres in ius vocati habent ius ſedendi, etiam ſi ſint accuſati, & propriam cauſam defendant,iuxt. text. in l. fin.§. ſedendi,C. vbi Senator. Quamuis aliquantulum, inferius, & non ſuperius vt not. Bald. ibi numer. 2. Caualcan.reſol.crimin. caſu 54. ſubdens, quòd eſt vrbanitas conueniēs. Maſtril.lib. 6.cap. 2.num. 55. in fine. Caſſane. in cathalo. glor. mundi part. 7. conſidera.3.verſic.vndecimus,fol.mihi 145.

27 Hinc etiam optimum eſt ſcire an Officialis querelatus, qui eſt in Syndicatu poſsit ſe defendere per Procuratorem, videtur quod non: quia debet ſtare ad ſyndicatum perſonaliter, intra quinquaginta dierum ſpatium, vt ſanxit Imp. Zeno. in l.1.C.vt omnes Iud. tàm ciuil.quam milit. l.conſiliarios l.nullus ibi: *Prouincialibus præſentiam ſui exhibeant.* C. de Aſſeſſo. & in authēnt. de adminiſtrat. in princ.ibi: *Publice apparentes*; & ibi: *Vt ſit palam.* Et de iure Canonico comprobatur per text. in cap. qualiter,& quando in 2 §.debet, de Accuſatio.& de iure Diuino 1.Reg.capit. 12. Quod etiam probat ius ſpeciale Cathaloniæ, vt conſtitution. 18. quæ incipit. Ordenam titulo deOffici de Iutges de Taula, vbi habetur Officialem non poſſe recedere à loco officij, finito officio,niſi lapſis quinquaginta diebus. Simancas de Repub. lib. 8.cap. 8.num. 3. ſubdit, quod vulgo appellat viſitationem, reſidentiam, eo quia in viſita Officiales perſonaliter reſidere

debent, nihilominus, dicti Officiales lapsis dictis quinquaginta diebus impunè recedere possunt, si causa non esset expedita à loco Syndicatus, procuratore relicto de causa instructo, vt est casus notabi. in dict. l. 1. § quod si intra. C. vt omnes Iudic. tam ciuil. dummodo causa sit ciuilis, & pecuniaria secundum Amodeum Iustin. in tractat. de syndicat. in verb. qui dominus Ioannes, num. 218. vbi dicit quod Officialis in causa Syndicatus potest se defendere, per Procuratorem cum sit regulariter pecuniaria; Secus autem si esset capitalis, quia in tali causa nó admittitur procurator, vt in l. penult. §. ad crimen, ff. de pub. Iudic. & in l. seruumquoque. § publicè, ff. de Procura. Angel. in l. si iniuriarum. § 2. ff. de Iniur. Puteus de syndicat. verb. Procurator, fol. 275. numer. 5. cum sequent. & verb. Officialis, in princip. fol. 99. Cathal. in eod. tractat. quæst. 245. nu. 156. Amodeus ibidem, numer. 213. Ioseph. Cumian. de syndicat. capit. 17. nu. 49. Bajard. ad Clar. § fin. quæst. 73. num. 5. Bouadill. dict. lib. 5. cap. 1. numer. 77. Mastril. de Magistr. lib. 6. cap. 2. num. 42. & Auiles in cap. 3. Iudic. Syndicat. glos. Pregonar, num. 18. qui loquitur cum distinctione proximè relata, vt ibi per eos latius est videre.

28 Tandem reuertendo vnde digressi sumus, dicimus, quod ea quæ de suspensione Officialium supra proposuimus, procedunt, & intelligenda sunt in Officialibus perpetuis; non autem in temporalibus, quia temporales pendente Inquisitione absque aliqua causæ cognitione possunt suspendi, vbi finito officio adhuc in exercitio illius tempore visitationis reperti fuerint, vt resoluit Paris. de Put. de syndic. in verb. Officialis finito officio, num. 6. quem refert, & sequitur Auil. in cap. 5. Prætor. in princ. num. 3. Portoles verb. Inquisitio, num 3. Maistril. de Magistrat. lib. 6. c. 3. n. 5. & de iure nostro municipali probatur per const. 1. in fine ibi: *Durant la Inquisicio sian suspesos del offici, si algu ne obtenen.* Et constitution. secunda in fine ibi: *E ell tenint la Taula sia suspes del offici.* Et constitutione sextam ibi. *En la si de la administracio del dit Official quen sos remogut.*

29 Scitas sub titul. de Offici de Iurges de Taula, quod secus est in Officialibus perpetuis, qui durante tabula seu visita: suspendi non possunt, vt in const. 7. verb. ibi: *Sie entes empero.* cod. tit. de Offici de Iurges de Taula, & ibi Mier. par. 1. coll. 4. num. 10. fol. 87. nisi in casibus supra relatis à n. 1. vsq. 8.

30 Proprium enim tempus visitandi, & syndicandi Officiales temporales est post finitum eorum officium, adeò quod si Officialis antea durante officio coram superiore conueniretur, posset excipere, expectandum esse Syndicatum, pro vt ita ex Bar. Puteo, & alijs fuisse plures determinatum in magna curia, refert idem Mastril. dict.

31 lib. 6. cap. 5. num. 11. Ea ratione moti, quod si aliter fieret Visitatorum iurisdictio deficeret, cum in eorum literis eisdem concedatur potestas pro syndicandis Officialibus præteritis, ad tradita per Cathal. de syndicat. quæst. 81. Pute. in eod. tractat. verb. durante Officio cap. 1. num. 4. esset enim incompatibile Iudicem eodem tempore, iustitiam administrare, & syndicari, quia promiscuis actibus non debent Officia turbari l. cõsulta diualia, C. de testa. Caual. de brach. regal. part. 5. nu. 4. & sequent.

32 Verum prædicta limitantur, vt nõ procedant, quotiescunque Officialis durante officio ad partium instantiã conuictus fuerit de aliqua Barataria, iuxt. text. in l. Iubemus, C. ad l. Iul. repetund. Foller. in const. Magister Iustitiarius, nu. 43. Roman. consil. 415. n.

3. & 4. Ioan. Anton. de Nigro, in cap. 132. nu. 72. tit. de ſyndi. ſubdens, quod in hoc caſu poſſet per partes Principi ſupplicari, vt Officialem puniat pro furtis. Speculat. in titu. de ſupplicatione. §. ſequitur verſ. Itē duráte. Cathal. de ſynd. n. 30. Amode. in ſimili tract. nu. 42. & 43. Pute. in eod. tract. verbo. Barateria, cap. 1. num. 2. vbi ait, quod pendente officio, eo priuatur & nu. 5. in verbo durante officio, cap. 2. n. 3. 6. 7. 9. & 12. & in verbo compoſitio, cap. 6. num. 5. ſubdens hanc eſſe communem opinionē latiſſimè Farina. conſ. 5. num. 2. cum ſeq. Teſtay. alleg. 9. nu. 157. Auil. in cap. 9. Prætor. Glo. Los caſtigue, Michael Ferrer in 2. p. obſer. cap. 23. & de iure noſtro habemus textum expreſſum in Coſti. vnic. Que los Officials pugan eſſer punits durāt llurs officis: Quæ expreſſe loquitur in Officialibus triennalibus: vt colligitur, ibi *Lo pugan punir ſat ſie lo temps de tenir taula no ſia encara vingut* pag. 134. & notat. ibi, Mier. part. 1. coll. 5. cap. 17. fol. mihi 114. Et licet id non expreſsiſſet dicta conſtitutio: nihilominus ita eſſet tenendum, nam quamuis Officiales annales, & temporales regulariter non debeant viſitari, nec ſyndicari niſi finito eorum officio, vt diximus ſup. num. 30. & 31. & in cap. 3. numer. 28. in fine.

34 Tamen fallit, quando commiſerint furtum ſeu Baratariam, & partes inſtarent, vt dictum eſt, quia tunc etiam durante officio poſſunt ſyndicari, ſicut viſitari, & ſyndicari poſſunt Officiales perpetui, qui poſſunt quandocunque ſyndicari, & in hoc caſu temporales perpetuis aſsimilātur, ita not. in terminis Ioſeph. Cumia. de ſynd. cap. 17. num. 10. & 11. Qui etiam loquitur in Officialibus ad beneplacitum, qui pariter perpetuis aſsimilantur. Hinc Bajard. ad clar. quæſtio. 73. nu.

35 46. dicit, quod Officialis ante ſyndicatum poteſt conueniri in ſex caſibus quorum primus eſt ſi fuerit Officialis perpetuus. Secundus ſi actio eſſet tempore peritura. Tertius ſi commiſerit furtum ſiue Baratariam in officio, Quartus, ſi ita Princeps iuſſerit, Quintus poteſt conueniri a non ſubditis. Sextus, quando pro delicto impon-

36 tur pœna priuationis officij. Quibus etiam addi poteſt, quod Officialis conuictus de nimia negligentia poteſt durante officio ſyndicari, conueniri, ac priuari, l. ſi quos, C. de Officio præfect. præt. Orient. Amode. de ſyndic. num. 43. Pute. in eod. tract. in verbo Bara-

37 taria, cap. 1. Item quando videret aliquos rixari, & non ſe interponeret, durante etiam officio, poteſt ſuſpendi, & remoueri ſecundum Cyn. in l. Si ſeruus, C. de noxal. Amode. in dict. num. 42. Gutier. pract. qq. lib. 4. quæſt. 28.

38 nu. 5. Item ob nimiam ſequitiam: quia etiam durante officio ſuſpenduntur, & remouentur Officiales vt in l. 1. & 2. vbi Bart. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iur. Foller. in dict. Conſt. Magiſter Iuſtitiarius. num. 43. D. de Pont. deciſ. 7. num. 12. & deciſ. 16. num. 33. Guid. Pap. deciſ. 62. & ſingul. 564. vet

39 bo. Iudex. Item Officialis, qui non habet integram familiam pro qua percipit ſalarium, vt in l. 1. & 3. C. de Officio præfect. prætor. Amode. in d. tract.

40 de ſynd. num. 43. & nu. 44. vbi quod Officialis, qui pro officio habendo dederit pecuniam poteſt durante officio

42 puniri, ac illo priuari. Similiter propter longam corporis infirmitatem, & incurabilem poteſt officio ſuſpendi, Amode. dict. num. 43. verſicul. Secundo, Albert. & Salic. in dict. l. Si quos, C. de Officio præfect. prætor. Orient. Vant. de nullita. ex deffectu iuriſdict. Ordin. num. 135. Item ſi non admitteret appellationem ad ſuperiorem, & ſic faceret aliquid, quod eſſet in præiudicium iuriſdictionis ſuperioris ad text. & ibi Bald. in l. Si appellationē, C. de Appellatio. Alex. in addit. ad

Bart.

Bart. in l. pars literarum, ff. de Iudic. plures alios casus referre potuerimus, quos consulto omittimus.

Illud autem in hac materia te scire oportet, quod Iudex tabulæ, seu Visitator durante suspensione Officialis, contra quem inquiritur potest, authoritate Regia, ponere interim alium Officialem in illo officio, vt tradit Mier. part. 1. fol. 55. n. 28. & 32.

CAPVT VIII.

DE GRAVAMINIBVS, ET EXCESSIBVS OMNIVM MAGISTRATVVM, IVDICVM ALIORVMQVE OFFICIALIVM, ET Reipublicæ Administratorum in eorum officijs commissis.

SVMMARIVM.

1 *GRAVAMINA, ex iniustitiarum materia profundū pelagus continent.*

2 *Excellentissimus Prorex est primus omnium Magistratuum.*

3 *Duces, Comittes, Præfecti Militares Excersitus reliqui clarissimi virimaiorem administrationem habentes, rationem suæ administrationis reddere tenentur.*

4 *Excellentissimi Proreges solitum fuit priscis temporibus syndicari.*

5 *Hodiè publicæ honestati congruit, vt non syndicentur, & assignatur ratio, num. 6.*

1 VM grauamina, & excessus Magistratuū, Iudicū, & aliorū Officialiū, ex testium dictis in eorum offentionē receptis, in lucē proferantur: ideò congruenti ordine videtur, hoc in loco de illis pertractādum. Cæterum, quia grauamina, & iniustitiarum materia profundum pelegus continet: vt dicit Belluga. in suo speculo, rub. 11. in principio: Propterea ne lectori omnia prædicta, sub vnico capitulo comprehendentem, tædium generemus, illam per diuersa capitula explicare decreuimus, inciendo à maioribus magistratibus, & vsque ad infimos Officiales prosequendo.

Verum

2 Verũ quia inter Magiſtratus omniũ primi, & ſupremi ſunt Excellentiſſimi Proreges; de ipſis ideo priꝰ agendum erit, non tamen tanquam obnoxijs huic cenſuræ viſitationis; ſed ſolummodo, vt eiſdem patefactum, & notum ſit, quæ eis incumbant, ratione
3 ſui excelſi muneris. Nam, quamuis omnes, qui curam aliorum gerunt rationem adminiſtrationis reddere teneantur, etſi ſint viri clariſſimi, & habentes maiorem adminiſtrationẽ, & ſi ſint Comites, Duces, vel Aulæ Imperialis Officiales, Præfecti Militares Exercitus, Imperij, aut Conſiliarij eiuſdem, vt in l. 1. C. Vt omnes cauſæ, tam ciuil. quam crimi. & in terminis hoc notat. Pariſ. de Pute. de ſyndic. verbo. Viſo de modo procedendi nu. 2. fol. 31. dicens ſolitum, & obſeruatum fuiſſe Vicereges, &
4 Locumtenentes Regum ſyndicatui, & ratiocinijs
5 ſubiacere; Verumtamen quia talis obſeruantia hodie non eſt in vſu, nec publicæ honeſtati congruit, vt ſcit, quinimò conueniens eſt, quod Excellentiſſimi Proreges ab huiuſmodi viſitatione ſint immunes, iuxta Platonis
6 dictum libr 6. de legibus ibi. *Nemo Iudex, Magiſtratus ve ſit, qui geſti officij rationem non referat, præter eos, qui regum inſtar finem rebus imponunt.* Quod dictum confirmat Simancas de Repub. lib. 7. cap. 23. dicens quod ſummorum Iudicum authoritas, non eſt exponenda, calumnijs, & accuſationibus imprudentiſſimis ſubiectorum. Propterea relictis his, quæ ad viſitationis Iudicum pertinent, ad alia, quæ in eorum excelſo munere ſpectant, procedamus.

CAPVT IX.

DE ILLVSTRISSIMO, ET EXCELLENTISSIMO PROREGE, ET CAPITANEO GENERALI.

SVMMARIVM.

1 *PROREGIS poteſtas ampliſſima eſt, cum omnia facere valeat, quæ ſpecialiter, & perſonaliter ipſemet Rex facere poteſt.*

2 *Locumtenens Generalis omnes honores, & prærogatiuas Regias ſeruat, quia Principem præſentat, & alter Rex eſt repræſentatus, & hinc Alternos appellatur quinimò*

quinimo & Princeps, vt numero 3.

4 Prorex sedet in eodem supremo solio, vbi sedere consueuit Rex, quando est in Regno, & omnibus Prælatis, & Magistratibus Regni præfertur.

5 Prorege præcipuum munus est, facere iustitiam, & vi oppressos de manu calumniantium liberare.

6 Prorex in administranda iustitia debet prius se ipsum iustificare, & secundum iustitiam viuere, & illam recte administrare, quia apud Deum ex nunc iustus vocabitur, sicut è conuerso Dei iudicia tremendum timere debet.

7 Rex Saul quia non exercuit iustitiam in Achab Regem suis grauiter reprehensus a Domino, & offensam commisit.

8 Iustitia est administranda per Proregem sine personarum exceptione.

9 Iustitiæ laudes plures referuntur, & Proreges deprecatur, quatenus vt vigilantissimi Præsidetes de iniustitijs, & grauaminibus subditorum curam & solicitudinem habeant, quia pro illis Deo rationem reddere tenentur, vt num. 10.

11 Prorege competit nulli parcere contra iustitiam, & Prouinciam malis hominibus purgare.

12 Prorex, licet sapiens sit, omnia tamen ponderosa cum Consilio suorum Senatorū agere debet, quod pluribus sacræ paginæ authoritatibus comprobatur.

13 Rex Iacobus in rebus suis agēdis consilium sancti Raymundi de Penafort requirebat.

14 Epistola manu propria sancti Raymundi originalis Regi Iacobo directa refertur.

15 Prorege plurimum incumbit, prouidere ne subditi ab Officialibus grauaminibus vexentur.

16 Prorex libenter subditorum querelas audire debet, sed non omnimodam fidem illis statim adhibere, nisi prius adhibita legitima informatione.

17 Prorex publicam Audientiam tenere debet, in eaq. hilari vultu subditis se ostendere, quia ex hac hilaritate, & adeundi facilita te benedicetur à Populis, vt n. 18.

19 Proreges cæteriq. supremi Magistratus qui dominum Regem consulere tenentur, circa Officialium electiones, quid obseruare deb eāt, vt tuta sit ipsorum conscientia.

20 Prorex licet amplissimam habeat potestatem, & iurisdictionem, tamen illam subordinatam detinet, legibus, & constitutionibus Regni.

21 Prorex non potest procedere de plenitudine potestatis, nec ex abrupto, & dispensatiuo modo, maxime in Cathalonia.

22 Rex in Cathalonia, salua eius regia clementia non potest regulariter vti potestate absoluta cum tenea-

tur

tur iudicare per directum, & obligetur ex contractu iurato ad iuſtitiam.

23 Proreges in Cathalonia vouẽt, in cauſis ciuilibus, & criminalibus, quando Senatores Regiæ Audientiæ ſunt in numero pari votorum, & quid in hoc caſu obſeruare debent.

24 Laudantur Excellentiſsi. Dux de Alburquerque, qui fuit huius Principatus Prorex. Nec non & Excellentiſsim. Dux de Alcala, qui poſt eum fuit etiam dicti Principatus Prorex de ipſorum clementia, & rectitudine in adminiſtratione iuſtitiæ, & refertur caſus ſingularis, qui euenit tempore regiminis dicti Ducis de Alcala in quo præclarum ſui acutiſsimi ingenij acumen oſtenditur, vt num. 25.

26 Proreges in Cathalonia tenentur relaxari mandare carceratos, poſtquam per Senatum fuerit concluſum, & deliberatum illos fore relaxandos.

27 Limita, vt non teneantur, quãdo poſt cõcluſionem Senatus aliquod aliud nouum delictum contra carceratũ ſuperuenerit, pro quo illum detinere iuſte poſſent.

28 Proreges in materia iuſtitiæ non debent recedere, à voto Regiorum Conſiliariorum, quia nec ipſe Rex ab illarum voto recedere conſueuit.

29 Prorex neutri parti fauere debet neque partialem ſe oſtendere.

30 Proreges contentiones, & inimicitias inter Magnates ortas, et ſuſcitatas confeſtim reprimere, & componere debent, & traditur ratio numer. 37.

31 Proreges ſapientes eſſe oportet, quia neceſsaria, adeo Principi eſt ſapientia, ſicut corpori anima.

32 Rex Salamon dum Regnum gubernaturus eſset, ſapientiam à Deo humiliter poſtulauit, & eam, & diuitias cõſequutus fuit, & ſic pluſ quam petijt obtinuit.

33 Prorex licet gratiam, & remiſsionẽ delictorum concedere poſsit, non tamen niſi ex iuſta publica, & rationabili cauſa Reipublicæ vtili, & quam rariſsime id facere debet, quia aliàs peccatum mortale committeret.

34 Prorex domi retinere nõ debet famulos gratias delictorum ab ipſo obtinentes mediãte pecunia, licet illa ad eum non perueniat.

35 Domus Principis, & cuiuſlibet alterius ſupremi Iudicis eſt velut ſignum ad ſagittam poſitum, & Procerum, ac Magiſtratuum exemplar.

36 Proreges carceres, & carceratos viſitare tenentur, tam de iure communi, quam municipali, & aſsignatur ratio, ſeu effectus huius viſitationis num. 37.

38 Proreges in carceribus cauſas miſerabilium perſonarum carceratorum,

rum, pro leuibus delictis detentorum celeriter expediri debent.

39 Proreges non debent facilè extractionem frumentorum a Regno concedere, nisi Regnum fuerit prius bene prouisum.

40 Proreges tempore penuriæ, & necessitatis frumenti, extractionē illius omnino à Regno prohibere debent, & à similibus concessionibus se abstinere.

41 Prouincia Cathaloniæ habet Regna vicina externa, partim Francorum, & partim Turcorum, & propterea aduersus hostes sunt in limitibus Prouinciæ constituta præsidia, & in eis sunt multi Milites stationarij.

42 Rex Hispaniæ in Cathalonia Capitaneum Generalem deputauit ipsum Excellentissimum Prorege Locumtenentem suum, ad quem militaria omnia auxilia, & ministeria pertinent.

43 Prorex vti Capitaneus Generalis Milites fortissimos, & strenuos viros habere debet, quibus permitti non debet, quod inhonestè viuant.

44 Capitaneus Generalis in rebus bellicis cuncta agere debet cum consilio.

45 Secretum earum rerum, quæ circa res bellicas deliberantur summopere est obseruandum.

46 Insidijs vti licitum est, in bello iusto contra inimicos: non licet tamen eos sub fide data decipere, nec falsum eis dicere, quia nulli hominē est mentiendum.

47 Capitaneus Generalis curam habere debet, quod Regnum in quo ipse præsidet, sit armis offensiuis, & defensiuis bene munitum, quia ex illorum abundāti prouisione prosperi belli successus admodum dependent.

48 Capitaneo Generali incumbit prohibere extractionem armorum á Regno.

49 Principi tantum licet armificationes, & armamenta publica detinere, & ea in qualibet Ciuitate tenere.

50 Capitaneus Generalis prouidere debet, quod præsidijs comeatus abundent, et pro infirmitatibus Militum medicamenta necessaria in eis existant.

51 Capitaneus Generalis in ocio pacis visitare debet, præsidia, et castra, et eorū mœnia reparare, et redificare, nec prædicta ad tempus belli expectare, et similiter eo tempore egregié ad bellum se præparare, vt num. 52.

53 Capitaneo Generali vtilis est historiarum cognitio, quia ex aliorum euentu fortissima exempla summuntur, et ad parem laudem assequendam inuitat.

54 In optimo, et fælici Capitaneo Generali quatuor sunt necessaria Scientia rei militaris, Virtus, Authoritas, et Fælicitas.

Capitaneo

55 *Capitaneo Generali conſtituto cũm militibus ſuis ante aciem inimicorum incumbit illos ad prælium audacter hortari*

56 *Capitaneus Generalis debet eſſe liberalis, & benignus erga ſuos ſubditos, quia ex hac affabilitate, & humilitate conſequi ſperantur glorioſiſſimi, triumphi, & victoriæ.*

57 *Capitaneus Generalis quid conſiderare, & facere debet, antequam irruat in hoſtes, & poſtquã acceſſerit ad pugnam, & victoriam obtinuerit, ſpolia inimicorum cum exercitu diuidere debet.*

58 *Capitaneus generalis militibus iubere debet, quatenus præpoſitis ſuis obedientes exiſtãt, & vbi inobedietnes fuerint pœna capitis ſunt plectendi.*

59 *Milites Ducem ſuum deſerentes, vel dum acies ordinatur relicto ſigno fugiẽtes pœna capitis ſunt puniẽdi.*

60 *Belli tempore ſub pœna mortis, non licet militi recedere, nec Duci ſub eadẽ pœna capitali eĩ licentiã dare.*

61 *Limita niſi paucis, & ad breue tempus, et nõ vrgẽte oppoſito hoſpite.*

62 *Pœnæ plures conſtitutæ ſunt aduerſus milites de quibus remiſſiue,*

63 *Bellum quando dicatur iuſtũ, vel iniuſtum, quandoue liceat Chriſtianis in bello vti auxilio infidelium, et Sarracenorũ de rebus in bello captis, de Pijratis, et deniq. de bello naual et terreſtri alijſq. quotidie circa res bellicas occurentibus, vide remiſſiue.*

64 *Proreges tenẽtur purgare maria ab incurſu Piratarum, & Prædonũ, vt libera ſit vnicuiq. nauigatio.*

65 *Conſuetudo dandi veſtitum ſemel in anno remigantibus, ſeu forſatis in triremibus, à quo tempore, & vnde ſumpta.*

66 *Nauigatio quo tempore incipere debet, & quo finire.*

67 *Victus, quis, et quomodo antiquis tẽporibus militibus præſtabatur, & quod in mẽſe Nuẽbris mãdabatur dari vinũ nouum, & ſic pariter circa paleam, & fenum.*

1

VNCTIS notum eſt, Proregis poteſtatẽ ampliſſimam eſſe: cũ omnia facere valeat, quæ ſpecialiter, & perſonaliter, ipſe met Rex facere poſſet, adeo: quod dicitur eſſe corpus Regis, cuius Locũ tenet, l. Si ſupra aliquẽ. §. cũ pleniſſima, ff. de Officio Procõſul. l. ſi Auguſtæ, ff. de Legi. c. 1. de Officio Vicar. Vincẽt. de Franch. deciſ. 165. n. 2. libr. primo,

2 Franc. Milanen. deciſ. 8. n. 72. lib. 2. Et ea ẽ cauſa Alternos appellatur ad tex. in c. legatos vbi glo. in verb. Proconſulũ de Officio legat. in 6. Oliba de iure fiſci cap. 4. num. 64. Bellug. in ſpecul. princip. rub. 6. nume. 4. in fine vbi, quod Locumtenens Generalis omnes honores, & prærogatiuas Regias ſeruat: quia Principẽ repræſentat, & alter Rex eſt repræſentatus Ioann. Franciſcus de Ponte de

poteſt. Proreg. tit. 1. n. 1. Ideoq. poſſitur ijſdē priuilegijs, & prærogatiuis, quib' Rex ipſe vtitur l. Vnicuiq. C. de Prox. ſacr. ſcrin. lib. 12. cap. fi. 93. diſt. Roma. ſingu. 367. Surd. cōſ. 281. n. 1. & ſeq. & cōſ. 540. Et propterea reputatur Princeps, cum eius vices habeat, vt dicit Marſil. in l. Si quis obrepſerit n. 2. ff. de Falſ. Anton. Scap. de iur. nō ſcrip. tit. de Princpe c. 1. Ioan. Grand. de bell. exul. q. 1. n. 9. Sicq; idē honor, & reuerētia debetur ſicut Regi. eos, C. de Appellat. l. fi. C. de Officio Viccarij. Et idcirco Prorex ſedet in eodē ſuprēmo ſolio vbi ſedere conſueuit Rex, quando eſt in Regno, & præfertur omnibus Prælatis, & quibuſcunque Magiſtratibus Regni: vt not. in capit. fin. 93. diſtinc. Caſſane. in catal. glo. mundi part. 5. conſider. 32. Bellug. in ſpecul. Princip. rubr. 6. in principio Mennoch. conſil. 885. numer. 9. Bouadill. libr. 3. capit. 2. n. 1. ſub litera C. Maſtril. de Magiſtr. lib. 3. c. 7. n. 33. & 35. Quare cū in tanta ui, & excelſo munere conſtitutus ſit, eius præcipuū munus, eſt facere iudicium, & iuſticiam, vi oppreſſos de manu calūniantiū liberare, pupillūq. ac viduis, qui facilius opprimuntur a potentibus auxiliū præbere. Ac non ſolum ſibi ſubditos non cōtriſtare, ſed nec pati, vt ab alijs contriſtētur, cap. Regū 23. q. 5. Lucas de Penna. in l. 2. C. de Lucris Aduoc. lib. 11. in fine vbi quoq. dicit, quod hæc debēt ciuſti agere, qui in decretis ſibi Prouincijs vicem ſupplent Imperatoris: vt in auth. vt Iudic. ſine quoquo ſuffragio. & volumus coll. 2. & cōſert illud Reg. 3. c. 10. *Conſtitui te Regem vt faceres, iudicium, & iuſtitiam*, & Hierem. cap. 22. ibi, *Audi verbum Domini Rex Iuda, qui ſedes ſuper ſolium Dauid tu, & ſerui tui, & populus tuus, qui ingredimini per portas iſtas, hæc dicit Dominus facite iudicium, & iuſtitiam, & liberate, vi oppreſſum de manu calumniatoris.*

3 Vnde manifeſtē apparet, quod tenētur ideo Prorex in adminiſtranda iuſtitia ſe ipſum prius iuſtificare, & ſecū dum iuſtitiam viuere, Inſuſtitiale. & grauamina reparare, ad tradit per Bellug. in ſpecul. princip. rub. 24. verſiculo poſtremo. Quam ſi recte adminiſtrauerit ab Altiſſimo æternæ gloriæ præmium conſequetur, & iuſtus ab eo vocabitur, ſicut, e contrario tremendum Dei iuditium timere debet iuxta illud Prouerbiorum 25. *Abominatio eſt Domino vita impij, qui autem ſequitur iuſtitiam diligetur ab eo*, & Pſalm. 8. *Quoniam feciſti iudicium meum, & causam meam, ſedisti ſuper thronum, qui iudicas iuſtitiam*, & in Pſalm. 105. *Beati, qui cuſtodiunt iudicium, & faciunt iuſtitiam in omni tempore.*

7 Et vice verſa legitur Saul Regem reprehenſum, & contraxiſſe offenſam: quia non exercuit iuſtitiam in Achab hoſtium Regem 1. Reg. 17. & Reg. 3. capit. 20. legitur. *Quia dimiſiſti virū dignum morte de manu tua, erit anima tua, pro anima eius.* Et certe ſi Prorex rectum iudicium non ſeruauerit à Deo redarguetur, iuxt. illud Ioan. 16. *Arguet mundum de peccato, de iudicio, & de iuſtitia.*

8 Quinimo, & tenetur iuſtitiā ſine perſonarū exceptione adminiſtrare: vt legitur Deut. c. 13. *Si frater tuus, et amicus tuus, & vxor tua, quæ in ſinu tuo dormiuit deprauare voluerit ipſo*

rit veritatem, ſit manus tua ſuper eos, & effundes ſanguinem ipſorum.

9 Præclaræ permultæque ſunt huius virtutis iuſtitiq dotes, quas Prorex enixè amplecti, atque ſtudere debet, eſt equidem iuſtitia, vt legitur apud Cyprianum in lib. de duodecim abuſionibus, Pax populorũ; Tutamen patriæ, Immunitas plebis, Nutrimẽtum gentis, Gaudium hominum, vnde Eſayas c. 32. & 34. *Opus iuſtitiæ pax, & cultus iuſtitiæ, ſilentium, & ſecuritas vſque in ſempiternum, & ſedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta.* Et Pſal. 71. legitur *Orietur in diebus eius iuſtitia, & abundabit pax.* Hinc Pſal. 84. *Iuſtitiæ, et pax oſculatæ ſũt.* Vnde ea remota, quid aliud ſunt Regna, niſi latrocinia dicit diuus Auguſt. libr. 3. de Ciuitate Dei capit. 4. Ideo Ariſto. lib. 2. Etichorũ inquit. Iuſtitia regnantis vtilior eſt ſubditis, quã fertilitas tẽporis, et propterea ſcriptũ eſt. Sap. 1. *Hanc virtutem colore, ac vnicuiq. ſua iura ſeruare ſummum bonum eſt*, c. cũ deuotiſsimã 12. q. 2. *Initium enim viæ bonæ eſt facere iuſtitiã, & accepta apud Deum magis, quam immolare hoſtiam.* Prouerb. 20. Vnde iuſtiſsimè Iuſtitia, Regina Virtutum eſt. Sine qua reliquę virtutes non lucent, nec perfectionem capiunt: vt in Auth. vt omnes obed. Iudic. in principio. § 1. Et ob id non ſolum apud Fideles: ſed Ethnicos, & Gentiles eſt obſeruata: quia inter bonos, & inquos æqualiter vim habet, vt per Tull. lib. 2. Officiorum. Nihilq. eſt in mundo boni, vel mali, quod iuſtitia non indigeat, & propterea nulla virtus laudatur, niſi quæ coniunctam habet iuſtitiam, vt dict. Auth. in principio. Hinc Beatus Ambroſ. in examen dixit, vbi Prudentia, ibi interdum Malitia, vbi Temperantia, ibi Imperitia, vbi autem eſt Iuſtitia, ibi omnium aliorum virtutum eſt concordia, vnde Plat. lib. 1. de Republic. dixit, quod iniuſtitia ſeditiones, inimicitias, contentioneſque parit: iuſtitia vero concordiam, & amicitiam: eſt enim conſtitutio diuina, & non humana, vt legitur in capit. graue. 35. quæſtio. 9. Quia de cælo procedit: vt habetur Pſal. 88. *Veritas de terra orta eſt, & iuſtitia de cælo proſpexit*, imo, & ipſamet iuſtitia gloriatur, quod ſemper fuerit cum Deo: vt habetur Prouerb. 8. *Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum, & cum eo eram cuncta componens.* 11 Et bene dicit: quia hæc namque maiores informat, vt in l. Cum plures. §. Cum tutor. ff. de Adminiſt. tuto. l. Iure oportet. §. Cum reliquis, ff. de Tuto. & curat. Hæc cupiditates, & nequitias refrænat, vt in auth. vt Iud. ſine quoque ſufrag. §. Cognitio, & cap. auaritiæ extra de electio. Hæc docet pudicitiam, & cõpeſcit carnis petulantiã, vt in auth. quibus mod. natural. §. Nouimus, & in tit. de Adul. ff. C. & extra de vita & honeſt. cleric. Hæc docet ſui ipſius fragilitatẽ cognoſcere, vt in auth. obedi. Iudices, in prin. Auth. de nuptijs in ptinc. Hæc tãdẽ hortatur ad clementiã, & impietatẽ deteſtatur, vt in rub. inſt. & ff. Hæc demũ finalis, & potiſsima intentio eſt, homines inuitare ad bonum, & ab illicitis deuiare, ne perdant animas, vt in Auth. vt non luxurientur contra naturã. §. ſin autẽ, l. Imperialis C. De nupt. cum ſimil. Hæc rurſus tendit ad vtilitatem ſibi ipſi, & omnibus Reipublicæ, cum per eam honeſtè viuere doceatur, vt

in l. Iustitia, ff. de Iust. & iur. §. Iuris præcepta. inst. de iur. natur. gent. & & ciuil. Hæc enim facit homines dignos immortalitate æterne gloriæ: vt legitur Sap. 1. nam qui eã seruat Beatus est, Prouerb. 19. Inde Eccles. 4. *Pro iustitia agonizare, pro anima tua, & vsque ad mortem certa pro iustitia, & Deus expugnabit pro te inimicos tuos*, Vnde Psal. 44. inquit. *Quia dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea vnxit te Deus oleo lætitiæ præ consortibus tuis.* Alia quam plurima de laudibus iustitiæ dicere poteramus: sed hæc dicta sufficiant pro animaduersione Præsidum, quos humiliter de-
10 precantes rogamus, quatenus vt vigilantissimi, & rectissimi Præsidentes de iniustitijs, & grauaminibus subditorum, curam, & solicitudinem habeant; quia Deo Optimo Maximo rationem pro illis, reddere tenentur, iux. tex. in §. Scriptum est exemplar, versicul. Vos autem negligentes coll. 2. in auth. vt iud. sine quoquo suffrag. August. Dulce. de synd. n. 8. & 9. Aul. in capitibus Prætorum in prohemio verbo. Conscientia n. 1. fol. mihi 12. Et confert dictum Pauli ad Hebræos cap. 3. vbi inquit *Obedite præpositis vestris, & subiacete eis: ipsi enim pruigilant, tanquam rationem reddituri pro animabus vestris.*

11 Hinc ex prædictis infertur, quod bono, & æquo Præsidi congruit, vt contra iustitiã nullis parcat: sed quod suum est vniquique reddat: ita vt sedendo in trhono, ex ore eius procedat gladius bis acutus, rectissimaq. sententia, vt in cap. ex ore de priuilegijs, nil enim est, quod lumine clariore præfulgeat, quam recta fides in Principe cap. conenior. 23. q. 8. & in cap. si Imperator 96. distinct. Ideoq. primũ debet purgare Prouinciam malis hominib⁹. vt sunt Latrones, Plagiarij, Fures illorũ Receptatores, Adulterij, Impij, Parricidæ, Vsurarij, Sagrilegi, Assassini, & deniq. Vagamũdi, & validi Mendicantes, nec nõ, & omnes alij pacẽ, & quietem publicã perturbantes: vt probatur ex tex. in l. 3. & l. Congruit, ff. de Officio præsid. Bellug. in specul. Princip. tub. 23. vers. Sed pone, n. 25. D. Ludou. à Peguer. in pract. c. 5. n. 6. & 7. & Ioan. Franc. de Ponte. de potest. Protegis tit. 1. n. 3.

12 Insuper Prorex omnia, quæ in suo regimine egerit, cũ consilio suorũ Senatorũ agat: quia ipse solus sine consilij maturitate agere non debet, iux. tex. & ibi Bal. & Iason in l. Placet. in 1. lectura n. 8. C. de S.S. Eccle. in verbo. ibi. *Rationabilis consilij teneri, quod Princeps debet omnia pderosa facere nõ per se: sed cũ cõsilio procerũ suorum, vel Senatorũ*: vt in l. Nõ dubiũ de Senato. Hinc Dionys. Cassian⁹ in vita Adriani Imperatoris scribit: q. Imperator in quocũq. negocio libenter patie batur admoneri, & corrigi, nedũ a Magistratibus, etiã ab humili quacunq. persona, ac ideo Prorex licet sapiẽs sit libenter Magistratuũ cõsilia amplectãtur, vt ex pluribus probat Mastril. de Magist. lib. 2. c. 1. n. 42. Bouad. lib. 2. c. 6. Quia si aliter fieret magno labore ipse cõsumeretur, & esset vltra vires suas, quod sustinere non posset. Exod. 18. Et se ipsum in consilio suo affligeret Eccles. 30. *Princeps enim audire debet cõsilia, et verba prudẽtũ, et erit Dñs cũ eo*: Exod. 18. & Hierem. 38. & bono consilio acquiescere Prouer. 1. Nam qui cũcta agit, cũ cõsilio regitur Sapientia Prouerb. 13. & astutus omnia cum consilio agit, vt ibi, & hinc legitur. *Audi Consilium, & suscipe disciplinam, & eris sapiens in nouissimis*

nouiſsimis tuis: Prouerb. 19. Qui autẽ bono conſilio non acquieſcit dignitatem amittere debet, exemplo Roboam, qui Senioribus non credit 3. Reg. capit. 12. & Paralip. 2. capit. 10. & in capit. denique 8. quæſti. 1. & eſt ad inſtar vxoris Loth, quæ in ſtatuam eſt conuerſa Geneſ. 19. Hinc dicitur, ſine conſilio nihil eſt faciendum, & poſt factum non pœnitebit Eccleſ. 32. Vnde Saluſtius priuſquam incipias, conſulto, & poſtquam conſuleris mature facto opus eſt.

13 Ex quibus ſacræ paginæ authoritatibus credendum eſt, Sereniſsimum Regem Iacobum, motum atque impulſum fuiſſe, ad ſuſcipiendum Conſilium, à ſancto Doctore Confeſſoreque ſuo B. Raymundo de Penna fort populari noſtro, ſuper negotijs, anguſtijs, tribulationibus, & factis ſuis, vt colligitur ex quadam Epiſtola per eundem Sanctum, eidem Sereniſsimo Regi directa, manu propria ipſius Sancti ſcripta, in archiuo Regio huius Ciuitatis nuper reperta, quam vti reliquiam Sanctam, hic pro mea, ac fidelium conſolatione, tranſcribere decreui, quæ eſt thenoris huiuſmodi.

EPISTOLA SANCTI RAYMVNDI DE Penna fort directa Sereniſsimo Regi Iacobi Primo.

14 *INCLYTO, & in Chriſto Magnifico Domino Iacobo Dei gratia. Regi Aragonum, Maioricarum, & Valentiæ, Comiti Barcinonæ, & Vrgelenſis, &c. ac Domino Montis Peſulani. Frater Raymundus de Penna fort in Ordine Fratrum Prædicatorum minimus Salutem, & Spiritus ſancti Conſolationem. Serenitatis veſtræ literis diligenter inſpectis, refero gratias quantas ſcio, & valeo patri luminum largitori omnium gratiarum ſuper tribus, primum, quia veſtra celſitudo mei pauperis veſtri dignata eſt recordari infirmitatibus meis compatiens, & de ſalute requiens. Secundum, quia tribulationes veſtras, & tribulationum radices, veſtramque innoſcentiam mihi deuoto veſtro, tam familiariter, tamque humiliter intimaſtis. Tertium, quia ex ipſarum literarum thenore, pacientiam veſtram, & circumſpectionem, diſcretionem veſtram intelligens. Confido, quod ille, qui ſcrutatur renes, & corda, cuius ſapientia attingit à fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter, cui venti tentationum, & mare tribulationum obediunt, ad cuius nutum tempeſtas in tranquillitate conuertitur, faciet miſericorditer, & diſponat, quod vniuerſa, & ſingula cooperabũtur vobis in bonũ, & iuxta deſideriũ veſtrũ, & meũ poſt laborẽ ſequetur requies, triſtitia ſi qua fuit vertetur*

in gaudium, & iuxta mensuram dolorum erit mensura consolationum. Quando pater misericordiarum Deus absterget omnem lacrymam ab oculis Sanctorum. Quando recipiet vnusquisque secundum suum laborem multiplicatum præmium in retributione Sanctorum. Vtinam faciat me Deus participem illarum consolationum, quas desidero vos percepturas, cum in illa die remuneraturus est suos, iustus iudex Dominus Iesus Christus. Super eo speciali facto de quo placuit vobis mihi scribere aliquid si oportunitas se offerret. Non videtur mihi, quód sit necessarium per Dei gratiam pro eo, quod sicut intellexi à dilecto in Christo Petro Alberti latore præsentium deuoto, & fideli vestro: expeditum est negotium iuxta votum fui tum, & sum, ero semper præstante Domino promptus ex animo, & paratus procurare secundum possibilitatem meam, & gratiam, quicquid honori vestro intelligerem expedire secundum Deum, & nostri ordinis honestatem. Quod tamen ita simpliciter scribo vobis non miretur vestra dulcis benignitas: sed parcat potius, & ascribat infirmitatibus meis, quæ sunt, & fuerunt istis diebus longe solito grauiores sit ipse, qui dat per omnia benedictus. Hæc ille.

---

15 PRÆTEREA eidem Præsidi maximopere incumbit prouidere, ne subditi grauaminibus vexentur, ab Officialibus, vt in auth. vt Iudices
16 sine quoquo suffragio §. 1. coll. 1. verum vbi ad ipsorum aures peruenerint querimoniæ subditorum, eas libenter audiant, cum sit proprium Præsidis querelas subditorum audire secundum Roland. consil. 18. num. 1, volum. 3. Ioan. Franc. de Ponte. de potesta. pro reg. tit. de Elect. Official. tit. 3. § 1. n. 20. sed fidem omnimodam illis, non adhibeant ex text. in l. 2. C. de Officio Vicar. Deum Optimum Maximum in his imitantes, cui licet omnia certa, munda, & aperta sint oculis ad Hebræos cap. 4. & Danielis 14. & sic vidisset peccata Sodomorum nihilominus noluit audita iudicare: sed manifestè cognoscere, quæ dicebãtur ait: Genes. 18. *Descendam, & videbo vtrum clamorẽ, qui venit ad me opere compleuerint.* Principis, Prælatis, & Iudicibus dans in exemplum nequid dijudicent, nisi illis constito, vt Iudicibus cap. Deus Omnipotens 2. quæst. 1. Et hinc legitur Lucę 16. quod Villicus ille, qui diffamatus erat apud Dominum suum, quod dissiparet bona ipsius audiuit ab illo: quid hoc audio de te, redde rationem villicationis tuæ, iam enim nõ poteris villicare. Et ideo cum Proreges intelligunt malam administrationem Officialium per frequentem clamorẽ subditorũ descẽdãt, & videãt per informationem, & defentionem legitimè receptam, an clamor, qui ad eos peruenit opere compleuerint, & vbi culpabiles inuenerint eos iustitia mediante puniant: sic subiectorũ oppressionibus succurrendo, ad text. in cap. 1. de offi. ordin. Thes. in prohæm. decis. num. 12.

17 Rursus pro bono regni regimine, &

& iuſtitiæ adminiſtratione, & ſubditorum ſolatio plurimũ intereſt, quòd Excellentiſsimi Proreges libenter aditum ad ſe, omnibus venire volentibus concedant, publicamque Audientiam teneant, in qua hilari vultu ſui copiã libenter faciant iux. text. cum gloſ. C. de pub. lætitia. lib. 12. Capib. in prohæm. de authent. Baro. num. 65. quia in hac Audientia concedenda optima pars iuſtitiæ cõſiſtit, vt dixit Gaſpar Theſau. in addit. ad prohæm. deciſ. Antonij genitoris num. 24. Aliter autem licet ſint Proreges inſtructi, ad iuſtitiæ opẽ. ſi difficilẽ acceſsũ faciant, erit tanquã ſi fons aquæ præcludatur. *Quid enim prodeſt habere ſapientiam, & iuſtitiam, ſi aditum ad iuſtitiam negas, ſi conſulendi, & iudicandi poteſtatẽ intercludas, clauſiſti fontem: vt nec alijs influat, nec tibi proſit.* Dicit D. Ambroſ. de offic. 2. Hinc legitur de Rege Salomone, qui ſuper tronum Iſrael ſedendo læta fronte omnibus ad ſe venientibus Audientiam publicã tenebat, quem vniuerſa terra videre deſiderabat, vt audiret ſapientiam eius, quam dederat Deus in corde eius: vt habetur Reg. 3. cap. 10.

18 Ex quo Proregi datur ſalubre documentum, quod in publica Audientia gaudens ſit ſemper, & lætus: quia animi lætitia interdum corporis dolores mitigat. Triſtitia vero humanæ vitæ æmula eſt, & paſsio mortifera, iux. illud. Prouerb. 17. *Animus gaudens floridam ætatem facit, ſpiritus triſtis deſiccat oſſa.* Oportet itaq; quod Præſes ſit ſicut aurum, quod præciosius, durabilius, tractabilius, & omni tempore fulgens eſt, viſum, & cæteros ſenſus recreans: quia ex hac hilaritate, & adeundi facilitate, benedicetur à populis, à quibus enixè atque amore incredibili diligetur iuxta illud, quod legitur de Ageſilao, qui interrogatus. Quo pacto gloriam quis inter mortales conſequetur, reſpondit: pulcherrimum autem cũ primis eſt, & in Principe longè ſpecioſiſsimum exhibere ſe, ſe omnibus obuium, & facilem audire benignè, & comiter deſideria adeuntium. Hinc miro præconio Põpeius Magnus extollitur à Cicerone, & Iuriſconſulti in Proconſule, & Præſide, ſeu Prorege veluti neceſſarium depoſcunt; vt ſcilicet omnium deſideria audiant, & in adeundo ſe facilem præbeant, iux. text. in l. nec quicquam §. obſeruare, ff. de offic. Proconſul. & legat. & vt refert Beroaldus in ſuo libello de optimo ſtatu Philippum Macedonium Regem olim audiuit paupercula rogans, vt cauſam audire vellet, qui cum reſpondiſſet ocioſum ſe non eſſe exclamauit paupercula, etiã he regnes tanquam imperare non debeat, qui adeuntes adire contemnit. Et quia difficiles aditus ſæpiſsimè nocuerunt, vt expertus ſum, ideo quantum meæ vires poſſunt deprecor, vt Proreges in adeundi facilitate libentiſsimè perpendeant, vt veritatis eorum, quæ prauè in prouincijs geruntur per ſe ipſos ita facilè ſcire poſsint: & enim magna incommoda ex difficili aditu ad Principem ſequuntur, & præcipuè famulorum, & priuatorum extorſiones, vt ait Maſtril. in tractat. de Magiſtrat. lib. 3. cap. 5. num. 37.

19 Cum ad Excellentiſsimos Proreges Regioſque Conſiliarios, & ſuppræmios Magiſtratus ſpectet conſulere dominum Regem circa Officialium electiones faciendas, ideo antequam aliquos proponant tenentur de eis plenã notitiam habere, iux. tex. in cap. bonæ el. 2. de poſtul. præl. vbi Abb. in notab. 12. dicit, quod eligentes non ſaluant conſcientiam ſuam, eligendo illum, cuius plenam non habẽt notitiã, Ioan. de Plat. in rubr. quemadm. ciuil. mun.

in

in fine lib.10. Afflict.in cōst. vniuers. num.50.Bouadil. lib.1.cap.3.num. 4. D.de Pont. in tractat. de potest. Proreg.tit.de elect. Official.§.5.numer.6. vbi ait,quòd eligentes,& nominantes Officiales ad iustitiæ administrationem maximè animaduertere debent, ne in hac electione gratificent personas,nec etiam attendant preces , vel aliorum intercessiones: sed cunctis viribus inuigilent cùm acurata vitæ Inquisitione, morum,peritiæ, & aptitudinis eligentis, vt tenet etiam notabiliter Cardinal. in Clem. 1. de concess. præb. Alciat.de præsumptio. regul. 3. præsumpt.2.num.6. idque fieri debet seclusis penitus fauore ,& amicitia, ad text.in cap.pueri.1. quæst. 1. Burg. de Paz.in l.2.taur.numer. 86. & sic dicti Excellentissimi Proreges, cœterique Regij Consiliarij ad quorum officiū spectat Principem consulere,tenentur proponere , meliores, & digniores, aliàs ipsi de eorum excesibus onerantur, iuxt. text. in l. si seruus seruum §. final.& §. si fornicarius,ff.ad l. Aquil. Ceruantes,in l. 2.Taur.n.12.Dom.de Pont.in loco supra relato num.7.subdens ex communi Theologorū Schola,non solum committi , ex hoc mortale peccatum:sed teneri ad restitutionem omnium damnorum , siuè commutatiuam , siuè distributiuam iustitiam attendamus , & ibi multa tradit notatu digna circa nominationes Officialium , quæ fiunt per Proreges, ad quem de facili recurri potest.

20 Debent etiam ipsi Proreges animaduertere ne prętextu amplissimæ potestatis, & iurisdictionis, quam habent aliquid contra leges, & constitutiones disponant. Nam licet supremā habeant potestatem, & amplissimam iurisdictionem , verum eam subordinatam detinent legibus, & constitutionibus Regni, vt per Petrum Gregor. in syntagmat. iur.part.3. lib. 47.cap. 21.num.2. Oliba de iure fisci.capit.4. num.61.Capic. decis. 130.num. 43.& 44. & collegitur ex tenore priuilegij, ibi: *Iuxta leges, & constitutiones, capitula pragmaticas, & priuilegia*

21 *Regni.* Et ex eo non possunt procedere de plenitudine potestatis secundum Lucam de Penna,in l. contra publicam num.11. versic.Hanc igitur,C. de re milit.lib.12. Antibol. in tractat. de muner.part. 3. num. 31. Nec etiam ex abrupto, & dispensatiuo modo ma

22 ximè inCathalonia,vbi dominus Rex regulariter non potest vti potestate absoluta cum teneatur iudicare per directum , & obligetur ex contractu iurato ad iustitiam,vt not. Practici in vsat.Quoniam per iniquum , qui est primus tit. de Guiatges, Mier. tit. de ratificat.& confirmat. Reg. numer.8. collat.10.part.2.Cancer.part.3.cap. 3. num.44.

23 Et quia Excellentissimi Proreges solent in hoc Principatu votum suum præbere in causis ciuilibus , & criminalibus in Regia Audientia vertentibus , quando Senatores eiusdem sunt in numero pari votorum,vt refert Michael Ferrer in suis obserua.part.1.ca. 86.num. 4. & 5. Ideò ipsos Excellentissimos Proreges animaduertendos censui,quod in causis ciuilibus votum præbentes,illud præbeant cum consilio alicuius Senatoris alterius Aulæ dictæ Regiæ Audientiæ , & in criminalibus potius proniores sint,in absoluendo,quam in condemnando , quia præterquam,quod leges ita consulunt disponentes in dubio, melius esse nocentem absoluere , quam innoscētem condemnare, ad text.in l. Qui absentem, ff. de pœn. cum similib. ex alio in his Deo satisfacerent , qui summè diligit clementiam , & misericordiam iuxt. illud. Prouerbiorum 20. *Misericordia , & veritas custodiunt Reges, & roboratur clementia*

tia thronus illius. Et Eſter. 3. *Volui potentem nequaquam abuti magnitudine, ſed clementia, & bonitate gubernare ſubiectos, qui enim facit miſericordiam, offert ſacrificiū.* Legitur Eccleſ. 35. Et præter id apud homines clementia, & pietate vtentes maximis præconijs, & laudibus conſequentur; pro vt hanc laudem merito conſequutus fuit Excellentiſsimus
24 Dux de Alburquerque, apud nos non ſatis laudandus, dum tempore ſui regiminis in hoc Principatu, ſumma cū rectitudine iuſtitiam exercens, nunquam voluit in criminalibus cauſis, præponderè votum ſuum, in paritate votorum contra reos: ſed tantum in illorū fauorē, idipſumq; mirificè obſeruauit Præſes ille Dux de Alcala huius Principatus etiam Prorex dominus meus ſummè colendus, cuius clementiam, manſuetudinem, modeſtiam, beneuolētiam, & iuſtitiæ fortitudinem, quæ ſunt propria preciosa monilia rectiſsimi, atque Sapientiſsimi Præſidis, hic ſub breui, & in experto calamo referre non libet. Semper, inquā,
25 iſte Præſes in numero pari votorum animum, & votum ſuum protulit in reorum fauorem, dempto vnico ſolo caſu criminis homicidij, per maritum crudeli animo ex leui cauſa in vxorē honeſtiſsimam commiſsi, & perpetrati, cuius homicidæ nomen honoris cauſa taceo. Contra quem in prima aula criminali fuit concluſum per quinque Senatores decapitari debere, aqua ſententia fuit ſupplicatum in alia aula, vbi ſex erant Senatores cauſæ ſupplicationis treſq; ex illis fuerūt voti, quod erat decapitandus, tres autem ad Arcem perpetuò carcerandus, & reclūdēdus, quia Militaris erat reus ille. Et rectiſsimus Præſes acuratè, & prudentiſsimè attendens, quod in prima inſtantia quinque Senatores reum iſtum ad mortem condemnauerint, & in ſecunda inſtantia tres, dixit ſibi ipſi, crimen hoc grauiſsimum, & atrociſsimum eſſe, quinque Senatores in prima inſtantia, & tres in ſecunda, octo Senatores ſunt, iudicium illud firmius eſt, quod plurimorum ſententijs confirmatur, & in atrociſsimis criminibus, ſupremis Magiſtratibus, quādoque licet tranſgredi iura. Idcò in ea ſu iſto clementiæ locum eſſe non videtur maximè in præiudicium partis inſtantis, cuius magna eſt, iuſtitiam ſemper acclamantis, & petentis, iuſtiſſimis igitur iſtis de cauſis animū ſuum iuſte mouentibus in ſe concludit votum ſuum proferri debere, aduerſus reum illum, pro vt, ita protulit, & ſecundum illud fuit concluſum contra eum, & poſtmodum ſententia publicata, & debitè exequuta magna cum ſatisfactione totius populi ipſum Præſidem laudantem, & benedicentem, quia populo ſibi commiſſo ſubtili ſapientia, & rectitudine iuſtitiam adminiſtrauerit.

26 Vlterius: quia ad ipſos Excellentiſsimos Proreges in Cathalonia ſpectat præcipere carceratos relaxare à carceribus, poſtquam per Senatum concluſum, & deliberatum fuerit, vt habetur, in conſtitut. 13. incip. Perque tit. de Cuſtodia de preſos pagin. 514. & contingit aliquando Proreges eoſdem carceratos detineri mandari in eorum graue damnum, Ideo eadem humilitate, qua ſupra deprecor, ac rogo, quod facta declaratione in reorum fauorem perdictum Regium Senatum dictos carceratos incontinenti liberari, & re
27 laxari mandent: niſi fortè ſuperuenerit aliquod aliud delictum pro quo illos detineri poſſet: quia tunc ipſa conſtitutione permittente, id licitè facere potuerint, aliter autem in conſcientia non omnino tutos eſſe crederem, eò
28 quia Proreges in materia iuſtitiæ cōcernentes, non debent recedere à vo-

to

to Regiorum Consiliariorū: quia nec ipse Rex ab illorum voto recedere consueuit, vt in l. Humanum, C. de legib. l. etſi Prætor. ff. de offic. eius Tapia. lib. 4. iur. reg. al. de transact. cap. 4. fol. 39. Lucas de Penna. in l. omnes. C. de Decurio. Purpu. consil. 458. Afflict. in const. Castra. num. 2. Anto. de Bal. in tractat. crim. num. 25. lib. 5. fol 201. Bellug. in specul. rubric. 10 tit. de Offic. exami. num. 7. & 10. cum sequent. Bonadil. lib. 2. capit. 6. Dom. de Pont. in tractat. de Poteſt. Proreg. tit. de deleg. cauſ. num. 15. & 25. & in tit. de Aſſen. §. ſtatum. 7. & 8. Arnuff. Ruf. de iur. Regal. 16. priuil. numer. 12. tom. 12. Corſet. de Poteſtate Regis quæſt. 69.

29 Illud autē ſingulariter Prorex obſeruare debet, quod neutri parti faueat, neq; ſe partialem oſtendat, vt de Principe ſic locutus eſt, Maſtril. de Magiſtra. lib. 3. cap. 4. num. 287. Auil. in cap. 2. Prætor. verb. Parcialidad, num.

30 1. & 4. cum ſequent. Quinimò quāprimum orta fuerit inimicitia, inter Magnates, & Nobiles conſeſtim reprimat, & componat, ne ipſa Conſanguineos, Affines, Vniuerſamque Ciuitatem inficiat, vt not. Ioan. Fran. de Pōte in tractat. de poteſta. Proregis, tit. de Prouiſ. fieri ſolit. tit. 1. nu. 3. & 10. vnde Ariſt. lib. 5. Polit. c. 4. ait ſeditiones, nō de paruis rebus ſiūt ſed ex paruis orta ſeditione, de rebus magis diſsidetur, cœterū tunc potiſſimum paruæ ſeditiones inualeſcunt, cùm inter Reipublicæ Principes agitantur. Itaq; talibus malis initio occurrere, & Principum, Potentiumque diſcordias protinus ditimere oportet, quoniam peccatum eſt in principio, ac paruus error in ipſo, proportione reſpondet in aliis partibus: nam peccatum in principio cuiuſq. rei, magna errata, & incommoda in cœteris partibus, ipſaq; tota Republica parit, quare naſcenti in principio rei malo occurrendum eſt: tunc enim paruum eſt. id malum, & facilè ſolli poteſt antequam viterius ſerpat, ſiu autē inualuerit in alias partes diffuſum, difficulter curatur, ad ſummum nobilium diſſentiones ſecum vniuerſam Ciuitatem trahunt. Idque tradit Plutarchus in Politicis, quem refert Simanc. de Repub. lib. 8. cap. 26. Vbi ait ex Catone, Principem Ciuitatis, & virum ciuilem oportere huiuſmodi paruæ futuræ cladis initia, nihilo ſegnius prænenire. Itaque curanda, & opprimenda ſuſcipere, vt aut nuſquam exiſtere, poſsint, aut ſi qua extiterint præfocentur, ne paulatim aſſumptis viribus luculenter ſuccrecant, ac poſtremò ſuapte magnitudine Rempublicam taxent, & occupēt. Et ob id Prorex ſua prudentia, & authoritate omnes reprimat ſeditiones, diſſenſioneſque diluat, carcere, exilio, aliſque pœnis, ita vt nullum earum

31 veſtigium deinceps inueniri queat.

Quare Proreges oportet, quod doctrina, & ſcientia floreant: nam vt dixit Plato dialog. 5. de Republ. Principi non aliter neceſſaria eſt ſapientia, quam corpori anima, beatiſſimaſque fore Reſpublicas iudicabat, vbi aut Philoſophi dominarentur, aut ſaltim, qui gubernant diuina quadam ſorte Philoſopharentur, quem refert Marſil. Ficin. in eius vita. Valer. Maxim. lib. 7. capit. 2. & commemorat. D. Bernard. lib. de Dignitat. Diuin. amor. cap. 14. Boet. lib. 1. de Cōſolat. qui Beatam appellat Rempublicam, cui Princeps ſapiens dominatur, Matthienſ. dialog. relat. 3. capit. 8. per totum, & Ariſtot. lib. 2. Rhetor. ad Thead. cap. 23. Vbi fortunatos ait Thebanos, qui per doctiſsimos Magiſtratus certo tempore

32 recti fuerant. Hinc Salomō Rex dum Regnum Gubernaturus eſſet, à Deo ſibi electione data, vt quid vellet expoſceret, ſcientiam ſibi neceſſariam eſſe reſpondit, eamque humiliter poſtulauit, quod quidem à Deo domino placuit, vt ſimile reſponſum conſequi mere-

mercetur, vt legitur Reg. 3. cap. 3. ibi: *Quia poſtulaſti verbum hoc, & nõ petiiſti dies multos, nec diuitias, aut animas inimicorum tuorum, ſed poſtulaſti tibi ſapientiam ad diſcernendum iudicium, ecce feci tibi ſecundum ſermones tuos, & dedi tibi cor ſapiens, & intelligens, in tãtum vt nullus ante te ſimilis tui fuerit, nec poſt te ſurrecturus ſit.* Et ſubdit. *Sed, & hæc, quæ non poſtulaſti dedi tibi, diuitias, ſcilicet, & gloriam, vt nemo fuerit ſimilis tui in Regibus cunctis retro diebus.* Et ſic pluſquam petijt obtinuit ſecundum D. Ambroſ. ſermo. 18. in Pſalm. 118. Munificentiſsimus enim eſt dominus, & Auguſtiſsimus Rex noſter ait D. Baſil. in conſt. Monaſt. cap. 2. indigne quidem fert, quandocumque quis exiguum à ſe aliquid petit, nec aliter Regi ſimile id petenti obuenire poterit, vt dixit. D. Iacob. capit. 1. ſi quis veſtrum indiget ſapientia, poſtulet à Deo, qui dat omnibus affluenter.

33 Denique licet Prorex vti perſonã Principis repræſentans, poſsit concedere gratiam, & remiſsionem delictorum, ad text. in l. reſcripta in fin. C. de præcip. Imperat. offerent. l. 1. in fine. ff. de quæſtio. l. ſi interueniente, ff. ad Senat. conſult. Turpil. cum ſimil. Boſſ. de remed. ex ſolit. clem. Princip. num. 23. Surd. conſil. 53. numer. 8. Rube. conſil. 50. Gramm. vot. vlt. Botrell. de præſt. Reg. cap. 38. num. 10. Ioſeph. de Seſe, de inhibit. Iuſt. Arog. §. 1. cap. 5. num. 1. Quod maxime procedit, & locum habet, quando non adeſt partis inſtantia, vt colligitur ex tenore ipſius tituli, ſeu priuilegij, ibi: *Et vbi deſit partis inſtantiam pœnas tam, ciuiles quam criminales, & alias quaſuis remittere, relaxare, & condonare pro vt nos facere poſſemus.* Vel aliter propter bonum publicum, & publica ſuadente vtilitate remiſsionem ſeu gratiam delictorum fecerit, vt per Michael Ferrer. 3. part. obſerua. capit. 473. don Ludouic. à Peguer. deciſ. 39. num. 11. Cancer. part. 3. cap. 3. num. 51. Veruntamẽ non niſi ex iuſta, & rationabili cauſa Reipublicæ vtili, & quã rariſsimè ad huiuſmodi gratias, delictorumque remiſsiones deuenire debet, l. relegati in fine, & l. ad Beſtias. ff. de pœn. § planè Inſt. de iur. nat. gent. & ciuil. Farin. poſt alios quæſ. 6. num. 19. aliàs peccatum mortale committeret, vt è Theologis dixerunt notanter Sanctus Antoninus de Florentia. part. 3. tit. 9. cap. 2 §. 5. & tit. 29. cap. 1. Nauar. in ſumm. cap. 25. num. 14. Sot. lib. 5. de Iuſt. & iur. quæſt. 4. Conrad. quæſt. 192. artic. 4. concluſ. 2. Sylueſt. verb. Iudex, lo 1. num. 16. Armill. in verb. pœna §. 18. Bannes de Iuſtit. & iur. quæſt. 67. artic. 4. Aragon. in ſimil. tractat. quæſt. 60. artic. 5. Gregor. de Valent. 22. quæſt. 21. puncto. 4. Molin. de iuſt. commu. tract. 4. diſput. 48. Ideoq; Prorex non ſolum facere non debet, quod non licet, ſed etiam, quod non decet, ſecundum honeſtatem iuxta ea, quæ tradit Molin. de Iuſt. & iur.
34 diſput. 88. ac ideo domi retinere non debet famulos gratias delictorum ab ipſo obtinentes mediante pecunia, licet illa ad eum nõ perueniat, alioquin ſi talia, impunè permittat, quid aliud erit domus ipſius, quam ſceleſtorum hominum aſylum, & nebulonum receptaculũ, vt poſt Molin. in loco proxime citato, not. Maſtril. de Magiſtra.
35 lib. 3. cap. 7. numer. 50. 51. & 52. debet enim eſſe domus Principis, & cuiuslibet ſupremi Iudicis, velut ſignum ad ſagitam poſitum, & procerum, ac Magiſtratuum exemplar, vt dicit idem, Maſtril. dict. loco num. 48.

Late

36 Late patens Proregis cura esse debet, in visitatione carcerum, & carceratorum: etenim in ea suprema ipsius iurisdictio ostenditur, vt dixit Oroscin l. Imperium n. 29. ff. de iurisd. omn. Iudic. ideoq; receptum est, vt ipse per tres vices, vel adminus bis quolibet anno Visitationem Generalem faciat in eisdem carceribus, de carceratis omnibus, eorumque causis, licet hoc per Magistratus ordinarios in qualibet hebdomada fieri debeat, ad text. in l. fin. C. de Custod. reorum, verum apud nos die Sabbato cuiuslibet hebdomadæ fit visita in Regijs carceribus per Excellentissimum dominum Proregem, & Regij Consilij Doctores, & Iudices Curiæ pro obseruantia constitutionis Regis Ferdinandi incip. Per donar expeditio, titulo de Audiencia, y
37 Consell Real pag. 71. Que quidem visitatio, est admodum necessaria, tam pro expeditione causarum carceratorum, quam vt eorum necessitatibus, alijsque carcerum incommodis benigne succurratur ad text. in l. Iudices C. de Episcop. Audient. Bal. in l. illicitas §. ne potentiores in fine, ff. de Offic. Præsid. Ripa. post alios in l. 4. §. hoc autem Iudicium, ff. de damn. infect. Auenda. de exeq. mand. Princip. lib. 1. cap. 19. num. 8. Dom. de Pont. in tract. de Potestat. Proregis titul. de dinerf. Prouis. §. de don. & expensas nu. 10. qua de causa sæpissimè pro vt in dicta constitutione 3. disponitur fieri de-
38 ber, ibiq; idem Excellentissimus Prorex vbi causæ pauperum, & miserabilium carceratorum, fuerint de criminibus leuibus eas celeriter expediat, & expediri faciat iux. tex. in l. leuia. ff. de accusat. ibi: *Leuia crimina audire, & discutere de plano, Proconsule oportet, & vel liberare eos, quibus obijciuntur vel fustibus castigare.* Idque summa discutione, & celeri expeditione iuxt. notat per Bald. in l. 1. 2. lecta, ff. de Officio consul. cap. Deus Omnipotens 8. quæst. 3. dict. l. fin. C. de Custo. reorum. quæ quidem causæ, non nisi in carceribus fieri debent, vt dixit Auil. in cap. Prætor. 35. verfic. Fagan, fol. mihi 242.

39 Summe Excellentissimi Proreges, debent etiam animaduertere, ne in materia frumentariæ extractionis, quod ius de regalibus est, ad text. in cap. 2. verb. portus ripatica, secundum Bald. & ibi Andr. quæ sint regal. Lauden. de Princip. quæst. 362. Card. Tusc. in verb. regalia, num. 16. facile extractionem frumentorum à Regno concedant: nisi prius fuerit bene prouisum Regnum, ad tradita per Lucam de Penn. & Plat. in l. si quis per diuinam, C. de aquæduct. lib. 11. l. præses prouinciæ, C. de seru. & aquæd. Ripa in tractat. de pest. part. 2. sub. num. 161. & 189. Florian. in l. si pendentes § si quid cloacarij, ff. de vsufr. Montalt. in l. 4. tit. 5. quæstion. 5. Auenda. de exeq. mandat. lib. 1. num. 36. optime Mexia de tax. Pan. conclus. 1. num. 56. vbi dicunt, quod concessiones Regiæ, vt frumentum, è regno extrahi possint, intelligi debent prouiso prius Regno, cuius publicæ vtilitati prius cauendú
40 est. Quando autem in Regno adest penuria, & necessitas frumentorum, tunc Proreges illorum extractionem omnino prohibere debent, & à similibus cõcessionibus se abstinere, vt per Frã. March. decis. 230. & 236. part. 2. Socin. Iun. consil. 76. vol. 4. Pancirol. consil. 116. num. 22. Bertaz. consil. 83. vol. 1. in criminal. Surd. consil. 210. nu. 9. vol. 2. & 558. vol. 4. Rimi. Iun. consi. 183. vol. 3.

41 Cùm autem hæc Prouincia Catholoniæ habeat Regna vicina externa, partim Francorum, partim Turcarú, & propterea sint constituta præsidia in limitibus Prouinciæ aduersus hostes sintque multi milites stationarij in præsidijs, propterea dominus Rex Capi-

42 Capitaneum Generalem in Prouincia deputauſt,ad quem militaria omnia auxilia, & miniſteria pertinent, quem Magiſtratum, Magiſtro militum comparauerunt, l. 1. C. de Officio Magiſt. milit. hoc autem munus Capitanei Generalis deſeruit ipſe Excellentiſsimus Prorex. tam in hoc Principatu,quàm in alijs Regnis, vt tradit Surg.de Neap.illuſtr. cap. 22.numer. 10.Frec. de ſubfeud. lib.1.titul.de Offic. Magn. Comeſta. & in tit.de offic. Magn.admirat.Maſtril.de Magiſtrat. lib.5.cap.13.num.9. Quare oportet vt Excellentiſsimus Prorex in hoc munere Capitanei Generalis inter alia ſequentia animaduertat.

Primò, quòd Milites fortiſsimos,
43 & ſtrenuos viros habeat vt in l. tam collatores in prin.C.de re milit. l.fortiſsimi, ac deuotiſsimi milites, C. de eroga.milit.anno. lib. 12. quibus permitti non debet, quod inhoneſtè viuant, nec ſenſualibus delitijs ſe dederint iuxta illud Faceti poetæ.

Nihil valet in bello qui delitioſè viuit:
Nec ſine duritia bellica palma datur.

Qua propter tales milites eligere debet, qui in aduerſitatibus, & belli ſudoribus ſuſtinendis, patientes ſint, ſuſtinereque poſsint,famem,ſitim,æſtũ, frigus, & cœteras calamitates, quæ innumerabiles ſunt,vt in l.vnica §.1. C.de cad.toll.

Secundò ipſe Capitaneus Generalis
44 in rebus bellicis cuncta agat ſummo cum conſilio,quia admodum illud neceſſariam eſt,iux.illud Prouer.20.ibi: *Cogitationes conſilijs roborantur, & gubernaculis tractanda ſunt bella, ideſt, prudentia, & conſilio.* Et in lib. 1. Machabeor. capit. 5. ibi: *In die illa ceciderunt ſacerdotes in bello, dum volunt fortiter facere, dum ſine conſilio exeunt in prælium.* Et Tuchidides lib.2.*Magna ex parte bellum vincitur conſilij, & pecuniæ vi.* Vnde Io. Magn. lib. 4. Hiſtoriæ Gothicæ, capit. 20. ait ibi: *Quamuis multa ſint ad rem bellicam neceſſaria:nihil tamen æquè,ac conſilium valere putandum eſt.* Idque non ſolum publicò omnium conſenſu,ſed ipſa experientia, quæ rerum eſt omnium magiſtra, compertum habemus. Equi, Arma,opes, fortunæ denique ipſa, quæ in bellicis rebus plurimum poſſe exiſtimatur, niſi bono conſilio dirigantur, tanquam fluxa, & caduca euaneſcunt, ſæpeque illis perniciem afferre ſolẽt,qui eis vti neſciunt. Et Beliſar apud Procopium, lib.2.de Bello Perſico inquit. *Bellum ſana ac diligenti conſultatione adminiſtratũ fæliciter ſuccedere ſolet.* Quem refert, & ſequitur Bouadill. lib. 4. capit. 2. numer. 30. ſubdens ex Cicerone, quod parua ſunt foris arma niſi ſit conſilium domi, & idem in lælio ibi: *Non enim viribus,aut velocitatibus, aut celeritate corporum magnæ res geruntur: ſed conſilio, & auctoritate.* Hinc dixit Euripides in Hecuba. *Conſilium quamcunque vim exercituum armatorum vincere poſſe.* Quaſi vere affirmet,multò vtilius eſſe in militia prudens Ducum conſilium,quam militum multitudo.

45 Tertio ſecretum earum rerum,quæ circa res bellicas deliberantur valde eſt ſeruandum, vt colligitur ex Antigono Macedoniæ Regẽ,qui Philippo in conſpectu multorum interroganti, quando exercitus in hoſtes iturus eſſet? Reſpondit, Tu forſan ſolus audire debes ſtrepitum buc-

cinatum? vt his verbis significaret, per exiguam esse sui filij prudentiam, quòd coram omnibus petiuisset, quod occultum esse oportebat. Nam in bello nihil est conuenientius, quàm caute decreta, & deliberationes Principum, atque Ducum obseruare: nam, vt Veget. lib. 3. de re milit. c. 6. admotat.

Nihil magis tutum in bello quàm, vt in eo agenda antequam fiant non denuntientur. Quamobrem veteres solebant suis in legionibus depictum Minotaurum afferre, qui mediam atque infimam partem corporis Tauri habebat, & alteram atque supremam hominis, vt inde omnes intelligerent. Quemadmodum Cretenses in oculiori loco labyrynti, quod Dædalus construxerat monstrum illud, quod Phasiphes Regis Minois vxor, cuius meminit Virgilius in 6. Eneidorum clauserunt, sic etiam, & sapientes Duces in intimis suis præcordijs occulta rerum militarium sua consilia conseruare debẽt, qui de hac re plura legere voluerit legat Alciatum in Emblemate. Limine quod Coeco. Higinum in lib. fabularum in cap. 39. 40. 41. & 42. Pacephatum lib. 1. cap. 3. de non credendis fabulosis narrationibus. Isocra. in oratione 5. de Elena, & Diodor. Sicul. libr. 5. suæ Bibliothecæ, Bouadill. qui plures ad propositum refert, lib. 4. cap. 2. num. 29.

46 Quartò in bello iusto contra inimicos licitum erit, vti insidijs, occultando ab eis ea, per quæ volumus eos impugnare: tum quia sic vti insidijs, fuit præceptum Dei, qui nihil iniustè agit, vt patet Iosue. 8. & quod bellum iustum ortum habuerit, à Deo ordinante, & præcipiente illud fieri, in multis locis Sacræ Scripturæ, scilicet, Numer. 10. & Deuteron. 22. legitur, dominum viris præcepisse bellare, vnde Dauid ait de Deo. *Quis docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum.* Tum etiam quia propositum ipsius Capitanei Generalis inimicis aperire non tenetur, ex eo enim inter cætera præcepta artis militaris hoc præcipuè ponitur de occultandis consilijs, ne ad hostes perueniant, & talis occultatio pertinet ad rationem insidiarum, quibus licitum est vti in bellis iustis. Non tamen licet eos sic decipere, quòd dicatur eis falsum, vel non seruetur promissum: quia nulli hominum est mentiendum, ita Diuus Thom. 2. 2. quæst. 4. quia etiam hosti fides seruanda est, vt in capit. noli. 23. quæst. 1. l. conuentionum, ff. de pact. Caualcanus de brachio regal. part. 3. numer. 149.

47 Quinto Capitaneus Generalis summè curare debet, quòd bene munitum sit regnum in quo ipse præsidet, tum armis offensiuis, tum defensiuis: etenim ex illorum abundanti prouisione prosperi belli successus admodum depẽdet, vt not. Girolamus Cataneus de re milit. lib. 1. cap. 14. quem refert, & sequitur. Bouadill. lib. 4. cap. 2. nu. 30.

48 Et sic ad ipsum spectat prohibere extractionem armorum à Regno, vt in l. 1. C. vt armorũ vsus: Dom. de Pont. de Proreg. tit. de diuers. prouisio. rub. de arm. num. 1. cum sequent. Mastril. de Magistr. lib. 5. cap. 9. n. 52. vbi idem ait de alijs rebus ad bellum pertinentibus. Hinc dicitur, quòd Principi tãtum licet armificationes, & armamẽta publica detinere ad text. in l. iure, C. de fabricens. lib. 11. & in Authen. de armis in prin. vbi ad solum Principẽ aiunt spectare arma fieri facere, illaq; priuatis venditione exponere, & armamentum in qualibet Ciuitate tenere secundum Pereg. qui alios allegat de iure fisci lib. 1. titul. 1. numer. 14. Rosental. capit. 5. conclus. 19. Bortel. de præstant. Reg. capit. 6.

Petr.

Petr.Gregor.Tholoſa.de Repub. lib. 9.cap.1.vbi ait,quod ſolebant in Republica arma locis publicis concludi, quæ tempore belli indigentibus dabantur, ſicuti in tumultibus repentinis, vt refert Cicero pro Caio Rabirio orat. 17. cum de ſeditione contra Saturninum ageretur ibi: *Eo tempore ex ædificijs, armamentariſque publicis, arma Populo Romano C. Mario Conſule diſtribuente data, vt Imperium populi Romani maieſtaſq; conſeruaretur.* Et propterea Iuſtinianus in d. Auth. de armis, quæ eſt Nouel. 85. non alia de cauſa armamenta publica ſtatuit, eaque penes priuatos eſſe prohibuit: ſed in publicum ſacrum armamentum reponerentur, niſi propter motus ſeditiones,& contentiones,ex quibus homicidia committi poterant, & coniurationes in priuatos,& Rempublicam,quia(vt ibi ſubdit) Deus commiſit ſubditos Principibus,vt illæſi,& ſine calumnia cuſtodiantur, ita enim expedit Reipublicæ, quæ aliter Regi non poſſet, Principique ſoli data eſt poteſtas à Deo,ad Romanos cap.13.& ipſe ſolus vitæ, & necis, accepit poteſtatem, vt per ſe vel per Magiſtratus ſuos,quandò oportet, non temere, & contra quos oportet eo vtatur ad vindictam malefactorum, & bonorum laudem. Multaque alia circa hæc cumulat Tholoſa.in loco citato Decian. in tract.criminal.lib. 8. cap.3.num.1. & ſequent. poſt infinitos Farin.quæſt. 108. per tot. & Reguer Sextin. de regal. lib. 2. capit. 1. numer. 7. cum ſequent.

50 Sextò curam quoque, & ſolicitudinem habeat,quod preſidijs, comeatus abundent, nec non,& pro infirmitatibus militum medicamenta neceſſaria exiſtant: ſæpius enim magis penuria, quam pugna conſumit exercitũ, quia ferro ſæuior fames eſt,dicit Vegetius. lib.3.de re milit. cap.3.& lib.4.cap. 7. ideoq.tempore pacis prouidenda ſunt victualia in præſidijs, & fortalitijs ne tempore belli vellimus periclitari, vt notot.Bieſsius de Repu. lib.3.cap.8.in fine.Girolamus Cataneus de re milit. lib. 1. capit. 3.Alua. in ſimil.tractatu. lib. 1. foli. 50. pagin. 1. in fine, & ſequent.

51 Septimò debet ipſe Capitaneus Generalis in ocio pacis viſitare præſidia, & caſtra,illaque, & eorum mœnia reparare, & reædificare, nec prædicta ad tempus belli expectare, ſecundum Luc.de Pen.in l. hac prouidentiſsima col.1.verſic.primo, C. de quibus muner. nemini liceat lib. 10.Roland. cõſil.84.num.7. vol. 2. vbi refert eund. Luc. de Penn. dicentem, melius eſſe in ocio pacis, cum libera, & habilia membra ſunt, incolas, ad talia attendere, & mœnium conſtructioni vacare, quàm bellis inſtantibus tempore quo vix fieri poſſunt ea velle ſtatuere. Et facit l.ne ſplendidiſsime,& ibi glo. & Salicet. C.de oper.public. Conrad. in curiali breuia.lib.1.cap.9.§.1.num. 29.fol.17.

52 Octauò ſimiliter etiam tempore pacis tenetur Capitaneus Generalis ad bellũ egregiè ſe præparare,vt dicit Bieſsius de Republic. lib. 4. capit. 7. fol.179. & Patr. in ſimil. tractat. lib. 9. titul. 1. fol. 108. vbi inquit ibi: *In pace habenda ſunt, non quibus bellum inferre poſsumus: nam res nimij impendij,nimiique laboris eſſet: ſed quibus fines noſtros ab incurſionibus, ac latrocinijs tueri valeamus, vel vbi maior vis impulerit, tali auxilio noſtris hominibus occaſio detur, vt pecora deducant, ſuaque omnia ex agris,in oppida conferant, & qui lignatum*

pabulatum, aquatumue progressi essent, intra munimenta se recipiant. Est enim res non parua primos belli impetus sustinere, ac frenare, & quasi acuti gladij aciem hudificare: improuisus namque terror, mentem hominibus, consiliumque eripit, & membra omni ex parte debilitatur, maiora sibi quisque fingit, quæ ignorat. Petr. Gregor. de syntagmat. iur. secunda part. lib. 19. capit. 2. numer. 11. Ideoque Cassiador. Epistol. 1. & libro nono epistol. 40. inquit. *Ars bellandi si non præluditur, cum fuerit necessaria, non habetur, discat miles in otio, quod facere possit in bello. Animos subito ad arma non erigunt, nisi qui se ad ipsa idoneos præmissa exercitatione confidunt.* Hinc Iustinianus Imperator Prætori Traciæ in constitution. 16. scripsit. *Curæ autem habebis, vt milites quidem bellicis exercitationibus meliores, & alacriores efficiant, paganos vero per legem componat, vt iusti ab homini improbitate immunes reddantur.* Sequitur Onofander. lib. 1. de re milit. fol. 9. pag. 2. & lib. 3. cap. 6. fol. 81. Vtilis est etiam his, qui armato præsunt, historiarum cognitio, tum quod in capiendis consilijs, ex aliorum euentu firmissima exempla sumuntur, tum quod laudata in alijs virtus, nos ad parem laudem æmulequendam inuitat, & castigata ignauia formidines reddit, refert. Patricius de Republica lib. 9. titul. 2. fol. 208. pagin. 1. ad finem: Ioann. Boter. in tractat. de ratione status, lib. 2. fol. 35. pagin. 2. & sequent. Matthæus Anton. de Gamos in sua Microcosmia 2. part. dialogo. 9. pagin. 111. col. 1. requiritur

54 quoque in summo Capitaneo Generali, vt inquit Cicero pro lege Manilia, quatuor in esse, scilicet scientiam rei militaris, virtutem, authoritatem, & fœlicitatem, deinde addit, Labor in negotijs, fortitudo in periculis, industria in agendo, celeritas in conficiendo, consilium in prouidendo innoscentia in rebus omnibus, temperantia, ingenium, & humanitas.

55 Nono, exposito iam Capitaneo Generali ad prælium, forti animo, & alacri fronte, enseque in manibus euaginato, debet hortari suos milites, & exercitum, eos inuitando Hostili animo, ad pugnam contra hostes, quorum timor, quandoque solet, accedente mortis cogitatione perturbare, vt dicit text. in l. hac consultissima, §. at cum humana fragilitas ibi: *Mortis quoque cogitatione turbata*, C. de testam. ideoque Diuus Hieron. ad Demetriadem scribens, inquit. Parátas ad prælium acies, strictosque mucrones sermo Imperatoris accendit: nam, vt refertur in adagio: *Peior est bello, timor ipse belli*. Et propterea oportet illas exhortationes ad expellendum timorem per Duces ante prælium audacter, & animose fieri text. illud, quod legitur. Deutero. capit. 20. ibi: *Si exieris ad bellum contra hostes tuos, & videris aquitatus, & currus, & maiorem quam tu habeas aduersarij exercitus multitudinem: non timebis eos, quia dominus Deus tuus tecum est, qui eduxit te de terra Ægypti. Appropinquante autem iam prælio: stabit Sacerdos ante aciem, & sic loquetur ad populu. Audi Israel, vos hodie contra inimicos vestros pugnam committis:*

Non

non pertimeſcat cor veſtrum. Nolite metuere, nolite cedere: nec formidetis eos: quia Dominus Deus veſter in medio veſtri eſt: pro vobis contra aduerſarios dimicabit: vt eruat vos de periculo, & inferius ibi: *His dictis addent reliqua, & loquentur ad populum, quis eſt homo formidoloſus, & corde pauido, vadat, & reuertatur in domum ſuam: ne pauere faciat corda fratrũ ſuorũ, ſicut ipſe timore perterit⁹ eſt.* Alia refert Marchus Anton. de Camos in Microcoſm. 1.part. dialogo.8. pag.84.col.1.

56 Decimò oportet Capitaneos Generales, liberales, & humanos eſſe erga inferiores, præclarum vtique Ducibus viaticum eſt, hanc affabilitatem, & humanitatem habere ad victorias, & triumphos conſequendos dicit Gregoras lib.hiſtoriæ Bizantinæ. Alaua.lib.1. de re milit. fol.5. lib.2. Hinc legitur, quod Iulius Cæſar, milites ſuos commilitones appellabat, licet de hac infima humilitate reprehenſus fuerit à Auguſto Cæſare, vt refert Suetonius in Cæſare num.67. Eutropius de geſtis Roma. de Auguſt. Cæſar.

57 Vndecimò ante pugnam ſeu prælium Capitaneus Generalis ſummè cõſiderare, & dicere debet, quantæ vires noſtræ ſint, quantæq; aduerſariorum, quales milites, qui ſocij, quæ vectigalia, quo etiam ſtudio in nos animati, quantæ ſint pecuniæ, cogitare quoque etiam debet, quibus munimentis vrbs valida ſit, quibuſque commeatibus firmata, quo præſidia, oppida caſtellaq; ditionis noſtræ teneantur, quibuſque machinis armamentarium abundet, vt referunt Patri. de repub. lib. 9. tit. 1. fol. 199. Bleſius de Repub. lib. 4. c. 7. fol. 174. Redin. de Mageſt. Princip. verbo, non ſolum hoſtibus, num. 27. fol. 69. Barto. Philip. in tract. de conſil. & conſiliar parti. 2. diſcurſu. 14. §. 3. &. 4. fol. 115. qua conſideratione facta debet ſimiliter bonus Dux non aperto Marte, in quo eſt commune periculum attentare, ſed ex occulto procedere, vt integris ſuis, quantum poſſint hoſtes interemi, vel certè terreri, vt not. Vege. lib. 3. de re milit. cap. 9. Redin. de Mageſta. Princip. dicto verbo, non ſolum in Hoſtilibus, num. 27. fol. 69. nunquam autem irruat in hoſtes niſi prius offerat eis pacem, contra rebeldes acriter procedat, ſpoliaq; inimicorum cũ exercitu diuidat, aliaque militaria præcepta tradita ab Spiritu ſancto fideliſsimè obſeruet, & omnia ei cooperabuntur in bonum pro vt ſic legitur in Deuteron. capit. 20. ibi: *Quando acceſſeris ad expugnandã Ciuitatem offeres ei primum pacem ſi receperit, & apparuerit tibi portas, cunctus populus, qui in ea eſt ſaluabitur, & ſeruiet tibi ſub tributo. Sin autem fœdus inire noluerit, & cœperit contra te bellum: oppugnabis eam. Cumque tradiderit dominus Deus tuus, illam in manu tua percuties omne, quod in ea generis maſculini eſt, in ore gladij abſq; mulieribus, & infantibus, iumentis & cæteris quæ in Ciuitate ſunt, omnen prædam exercitui diuides, & comedes de ſpolijs hoſtium tuorum, quæ dominus Deus tuus dederit tibi.*

58 Duodecimo ipſe Capitaneus Generalis militibus iubere debet, quatenus præpoſitis ſuis obedientes exiſtant, & illorum mandatis pareant, vt in l. 3. §. ſi præſides, ff. de re milit. & vbi inobedientes fuerint pœna capitis eos puni-

ri mandet dict. l. 3. §. in bello, l. omne
59 delictum §. contumacia, ff. cod. In qua pœna puniri etiam poterunt, quando Ducem, seu Præpositum deseruerint, vel protegere noluerint, vt in d. l. 3. §. fin. d. l. omne delictum §. fin. Et vbi tempore pugnæ, signo relicto vel dũ acies ordinatur fugerint: tunc in eadem pœ
60 na capitis incidunt, vt in d. l. 3. §. Qui stationis, ff. de re milit. quia belli tempore sub pœna mortis, militi non licet recedere, nec Ducí sub eadem pœna capitali ei licentiam dare, l. 1. C. de co-
61 meat. lib. 12. l. non omnes, §. 1. ff. de re milit. nisi paucis, & ad breue tempus, & non vrgente opposito hoste l. per hãc §. vt autem, C. de erogat. milit. anno. lib. 12. graue enim crimẽ est à signis tempore belli, abire, & fugere probat tex. in l. 1. §. desertor. C. de deserto. lib. 12. Hinc militum pauidorum, & primo fugientium pœnæ statutæ sunt in d. l. omne delictum §. qui in acie. ff. de re milit. ibi: *Qui in acie prior fugam fecit, pectantibus militibus propter exemplum capite punitur.* Vnde Iustinianus in l. 1. §. fin. C. de deserto. lib. 12. inquit eum qui flagitiosa ignauia deliteſcit, inquiri, & inuentum de generis morte gladium subire iubet, Rectoresq; Prouinciæ, qui hoc crimen vel gratia, vel dissimulatione distulerint vindicare patrimonij, & exactimationis damno subijcit, &
62 priores officij capitali supplicio. Quãplurimæ aliæ pœnæ contra milites constitutæ sunt, de quibus latè tractãt Alexander ab Alexan. lib. 2. Genial. dier. cap. 13. & Mosquer. de Figueroa. in suo Commentario de disciplina, militar. fol. 116. & sequent. & fol. 120. par. 2. & sequent. lib. 4. & de variis criminibus militum, & pœnis tradit Tiber. Decian. in 2. tom. crimin. lib. 7. capit. 15. Petr. Gregor. de syntagmat. iur. 2. part. lib. 19. cap. 10. & seq. & Boter. de ratione status, lib. 9. fol. 167. Ferretus de re milit. tit. de milit. Iust. n. 49.

63 Demùm, vt concludamus super hac materia belli, quando scilicet dicatur iustum, vel iniustum, quãdo liceat Christianis in bello vti auxilio in fidelium, & Sarracenorum, de rebus in bello captis, de pitatis, de ementibus res furtiuas, & de multis alijs quotidie occurrentibus, tam in bello maritimo seu nauali, quàm terrestri videlate, Cualacan. de Brachio regal. p. 6. fragm. 25. per tot Iacob. de Graff. decis. aurær casuum conscientiæ part. 2. lib. 2. cap. 20. de bello per tot. & cap. 21. de Treuga. innumeros citat Bouadill. lib. 4. cap. 1. 2. 3. & 4. vbi plenissimè, & eruditè hanc materiam pertractat, & ex nostratibus Michael Ferrer. part. 3. obseruantiarum cap. Oliba, de iure fisci cap. 4. num. 60. & seq.

64 Illud autem pro coronide huius capituli animaduertendum censui, quod sicut ad Proreges expectat purgare Prouinciã malis hominibus, vt diximus supra, n. 17. sic etiã tenentur purgare maria insulti quoque, est Prouincijs adiacentia ab incursu Piratarum, & prædonum, vt libera sit vnicuique securatio nauigatio, & ab illis Prouinciæ non dãnificentur dicit. Luc. de Pen. in l. vnica per illũ tex. C. de classis li. 11. quem, & alios circa materiam triremium Nauium, & rerum bellicarum, refert Ioan. Franc. a Ponte in tract. de Potestat. Proreg. titul. 11. de triremibus cæterisque nauibus per tot.

65 Scire etiam debent Excellẽtissimi Proreges, quod Militibus super triremes nauigantibus pro victu, qui ipsis præstatur, sit excompotum pro rata in eorũ stipendijs, & circa solitum dari vestitũ remigibus, vulgo dicti forsats: semel in anno, quod patiter antiquis temporibus à populis exigebatur iux.
66 tex. in l. 1. C. de milit. vest. lib. 12. Qui statuit dandum esse Kalend. April. vt hodie est consuetum, quia eo tempore, vt dicit gloss. incipere debet naui-

nauigatio vſq. ad kalend. Octobr. quæ allegat. tex. in l. Quoties, C. de Naufrag. lib. 11. & in l. 1. C. de Eroga. milit. anno dicitur, quod militibus dari con
67 ſuetum erat bucellatum, quod eſt certa panis ſpecies diebus duobus in hebdomada, tertio die panẽ, vno vinum, alio die acetũ, vno die lardum, biduo carnẽ veruicinã: Verũ in menſe Nouẽbris mãdatur dari vinũ nouũ, quoniã veteris diſpẽdioſa videtur erogatio. vt in l. Iubemus eod. tit. & circa paleã, & fænũ ſunt tex. in l. 2. & in l. Prouincialium tit. eod. Quæ adnotare mihi viſũ fuit, vt videatur, q. omnia reperiũtur ſcripta, ſtatuta, & ſolita fieri.

CAPVT X.

DE ADMODVM REVERENDO, AC PER. ILLVSTRI. CANCELLARIO, ET REGENTE, EGREGIISQ. REGIIS CONSILIARIIS SACRI REGII SENATVS.

SVMMARIVM.

1 *CANCELLARIVS, & Regens Cancellariam Doctoreſque Regij Conſiliarij in hac Prouincia Cathaloniæ ſunt Magiſtratus ordinarij.*

2 *Officium Cancellarij, & Regentis Regiam Cancellariam erectum, & creatum fuit, pro regimine, et adminiſtratione iuſtitiæ, adeo, quod negocia iuſtitiæ non aliter expediri poſſunt niſi cum ſubſcriptione Cancellarij, Vicecancellarij, aut Regentis Regiam Cancellariam quam in perſonam domini Regis adminiſtrare tenentur, vt num. 3.*

4 *Cancellarius, Vicecancellarius, & Regens Regiam Cancellariam in exercitio adminiſtrationis iuſtitiæ non poſſunt per dominum Regem, nec eius Primogenitum vigore Conſtitutionis Cathaloniæ impediri.*

5 *Cancellarius Vicecancellarius; & Regens Regiam Cancellariam, cum in eorum officio, & illius exercitio*

exercitio liberam habeant in Cathalonia administrationem, ex eo inde apparet magnam habere auctoritatem, potestatem, & iurisdictionem.

6 Rex in Cathalonia prouidere debet officium Cancellarij in aliqua insigni persona Ecclesiastica graduata in iure Canonico, vel ciuili, nata naturali, & domiciliata, realiter, & de facto cum veritate, & sine dispensatione Regnorum coronæ Aragonis.

7 Declara vt intelligatur in Cancellario, & Vicecancellario totius Coronæ Aragonis, secus vero in Cancellario Cathaloniæ tantum quia hic debet esse Cathalanus.

8 Cancellaria duplex reperitur vna, quæ vocatur magna, & altera parua, ista firmat literas intra suã Prouinciam tantum, & Magna in negotijs totius Coronæ.

9 Cancellarius in Cathalonia consueuit esse Archiepiscopus, vel Episcopus, aut alius insignis Prælatus.

10 Nobilis, ac Perillustris D. Petrus à Puigmari, et Funes, egregius Doctor, & Abbas insignis Monasterij S. Michaelis de Cuixano Ordinis sancti Benedicti cuius animi dotes laudantur, est hodie meritissimus Cancellarius Principatus Cathaloniæ.

11 Cancellarij, & Regentis Cancellariam authoritas nedũ hodie magna est, verum & priscis temporibus fuerunt in maxima existimatione.

12 Scribæ mãdati in subleuamẽ Cãcellarij, & Regẽtis Regiã Cãcellariã d ipsorũ ordine, et mãdato distribuunt causas inter Doctores Regiæ Audientiæ, eas illis committendo nomine domini Regis.

13 Cancellarij officio incumbit, in rescriptis, et regijs iussionibus se subscribere, & viua voce aliquid implorantibus respondere, regiũq. sigillum penes se retinere legesque Regni iniquas Cancellare.

14 Cancellarij præminentia, & authoritas magna est, quia ipse omnibus Iudicibus, & Magistratibus præest, & ipsi subijciuntur, Doctores Regij consilij, nec non Prælati, in domo regia existentes, clerici, Capellani, & cæteri domestici de domo Regia.

15 Cancellarius in Cathalonia præest Gerenti vices Generalis Gubernatoris.

16 Sententiæ latæ per Cancellarium in Cathalonia super causis contentionum iurisdictionum non admittunt appellationem, supplicationem, nec recursum.

17 Cancellarius propter eius præminentem auctoritatem vocatur Illustris, Illustrissimusq. eminentissimus, atque Glorioſissimus quæstor, & circa latus Principis stat, & eius personam representat.

Præro-

18 *Prærogatiua competens Cancellario aſsiſtendi circa Regem in eius abſentia competit Vicecancellario.*

19 *Moyſes fuit Dei Cãcellarius, Ioſeph vir beatus Cancellarius, Regis Pharaonis Ioſaphat vtiq. Cancellarius Dauid, & Summus Pontifex in Eccleſia Dei eſt illius Cancellarius.*

20 *Senatorum dignitas non minus exiſtimanda eſt, cum Regij conſiliarij ſublimes perſonæ, & patres conſcripti dicantur, & cum Principe vnum, et idem corpus faciũt, quorum auctoritas in tantum meruit augeri, vt ab eis appellari non liceat.*

21 *Sententiæ latæ per Regios Senatores non ſubijciuntur viſitationi, nec ſyndicatui, nec pro illis poſſunt ipſi ſyndicari.*

22 *Senatores Regiæ Audientiæ Cathaloniæ non ſyndicantur de ſententijs latis cum deliberatione ipſius Regiæ Audientiæ, etſi prætendatur fuiſſe latas contra conſtitutiones, capitula curiarum, priuilegia, vſus, & conſuetudines Cathaloniæ, & aſsignatur ratio n. 23.*

24 *Senatores Regiæ Audientiæ etſi in tam alta præfectura cõſtituti ſint, nihilominus Regiæ viſitationi ſunt obnoxij.*

25 *Senatorum præcipuum munus eſt iuſtitiam miniſtrare, & vnicuiq. ius ſuum tribuere, nec alterum lædere, & vtrumque penſum iuſtitiæ, & miſericordiæ æquo libramine ſuſtinere.*

26 *Iuſtitiæ temperamentum ex ſacris literis comprobatur.*

27 *Iudex in criminibus puniendis debet eſſe conformis legibus, quæ appellantur inexorabiles contra quarum auctoritatem non licet efundere preces.*

28 *Iudex, fortis, potens, & conſtans eſſe debet, adeo, quod nec vereatur magnitudinem cuiuſcunque, quia non eſt qui reſiſtat mageſtati ſuæ.*

29 *Iudex qui recte iudicat, bonum ſiquidem, & excellens opus facit, magnoque præmio coronabitur, & in huius concluſionis confirmationem refertur ſingulare exemplum cuiuſdam Iudicis pagini qui iuſtiſſimus fuit in iudicando.*

30 *Iudices de eorum iudicijs Deo rationem ſunt reddituri, & ſecundum qualitatem eorum gloriam, vel pœnam recepturi, & præter id parti leſæ ad omne intereſſe tenentur.*

31 *Iudex debet eſſe iuſtus, equus, et æqualis medius inter partes non declinans ad dexteram, nec ad ſiniſtram.*

32 *Iudex ad furorem populi neminem condemnare debent, quia vanæ populi voces non ſunt audiendæ per Iudicem n. 33. & n. 34.*

35 *Senatores Regiæ Audientiæ Cathaloniæ in conſilio clauſis ianuis cauſas ſub magno ſilentio decidunt,*

&

& vouent, quinimo & iurat se habituros secretum eorum omniũ, quæ in ipso Regio consilio tractantur de cuius reuelatione in visita syndicari possent, & assignatur ratio, num. 36.

37 Secretum obseruare plurimum interest de eoq. custodiendo plura curiose, & notatu digna referuntur, tam ex sacris literis quam alijs.

38 Senatores reuelantes ea, quæ in consilijs secreto tractantur, non modo muneribus priuari debent, verum, & grauissimis pænis puniri, & refertur Neapolitanis decisio. numer. 39.

40 Senatores vti Iudices supremi, & tanquam vices præfecti prætorio obtinentes iudicare possunt, secundum eorum conscientias sola veritate facti inspecta.

41 Limita vt non procedat in Cathalonia vbi Senatores Regiæ Audiẽtiæ obnoxij sunt iudicare secundũ iura patriæ, & non secundũ conscientiam aliter in visita syndicari possent.

42 Iudex, qui contra iura, & statuta iudicat, præsumitur esse in dolo, & mala fide.

43 Senatores recte iudicantes ordinem iudiciarium obseruare debẽt, tam in ciuilibus, quam in criminalibus causis.

44 Ordo vbi non seruatur iudicium nullum redditur, & Iudex punitur.

45 Iustitia tunc fieri dicitur, quando iuris ordo seruatur, & viseuersa in dolo est Iudex, qui iuris ordinem non seruat.

46 Iudices in decidendis causis præcipites esse non debent, quia iniquitas omnia præcipitat.

47 Iudices iuris ordinem non seruantes, & contra illũ præcipitanter procedentes in visita syndicari poßũt.

48 Iudices cauere debẽt, ne impetu iræ, vel alterius passionis in eorum officijs procedant, quia si impetu iræ sæuire festinarent, admitterẽt magis scelus, quam vindicarent.

49 Iudicium humanum quatuor peruertitur modis, Timore, Cupiditate, Odio, scilicet, & Amore.

50 Iudex iniquus, qui timore perterritus Christum Redemptorem nostrum iudicauit, exẽplum, et Epistola ipsius refertur, n. 51.

52 Cupiditatis exemplũ traditur dum Iudices munera pro iudicando recipiunt.

53 Munera execant oculos prudentum, & subuertunt verba iustorum. Qui enim munera recipit pacem cum legibus habere non potest, vt num. 54.

55 Iudex qui manus suas excutit ab omni munere in excelsis habitabit, & magis æstimabitur.

56 Iudex munera recipiens grauissimis pænis punitur, & in vrbe Romana incurrit in pœnam vitæ, & confiscationis bonorum.

Senatores

57 *Senatores Regiæ Audientiæ Cathaloniæ munera recipientes incurrunt in pœnam priuationis officij, & inhabilitatis ad aliud obtinendum.*

58 *Odij exemplum refertur cum contra quemlibet aduerſarium molimur, merita cauſæ illius non attendendo, ſed ſolum odium quod peior eſt ipſæ iræ.*

59 *Amoris exemplum traditur, quod locum ſibi vendicat dum Iudex, Amico, vel propinco auxilium præſtare contendit.*

60 *Amoris maximè laſciui effectus rectum Iudicis iudicium peruerti ſolet etenim vinum, & mulieres, vt legitur, in ſacra pagina apoſtatare faciunt, ſapientes, num. 61.*

62 *Iudex, licet de concubinatur, nec de adulterio ſyndicari poſsit, tamen ipſius honeſtati congruit, vt à viſitatione, & colloquio mulierum ſe abſtineat. Quia multa damna, & ſcandala inde oriri poſſunt, vt diuinis documentis teſtantur, vt num. 63.*

64 *Exhortatio, & deprecatio dirigitur ad Iudices eos rogantes, & deprecantes vt amiſsis odio, amore, metu, & munere ſumma cum æquitate, & rectitudine iudicent.*

65 *Iudices præbere debent auxilium pauperibus, peregrinis, viduis, & pupillis, maximè quando á potentibus opprimuntur.*

66 *Senatores Principi Conſulere debẽt, & vbi de grauibus tanquam leuibus, vel è contra conſulunt tenentur de conſilio maxime vbi illud iniuſtum fuerit, tunc enim Deus ſuper ipſos conſulentes conuertit.*

67 *Senatores licet ſapientes ſint, verum ipſorum prudentiæ initari nõ debent, ſed in omnibus actibus ſuis, et vt rectũ cõſiliũ tribuere valeãt ſũma cum humilitate à Deo perquirere, & implorare debent, qui admirabilis eſt conſiliarius.*

68 *Senatores in eorum officijs procedentes animaduertere tenentur, quid ſit actũ cuiquã tempori, quid debeant, vbi quandiu, qualiter, & quãdo, & ab omnia, quæ ad eorũ officia expectãt ſolicite debitũ reddere tenentur, quia debitores iuſtitiæ ſunt.*

69 *Senatores omni tempore pro iuſtitia adminiſtranda domorum portas, & Aulas apertas tenere debẽt, et litigãtes benigne audire, quos vbi audire noluerint, ex eo viſitari, & ſyndicari poſſent.*

1 CANCELLARIVS, & Regens Cancellariam, Doctoreſq. Regij Cõſiliarij ſunt Magiſtratus ordinarij in hac Prouincia: quia horum officium eſt creatum, inſtitutum, & erectũ per legẽ patriæ: vt in conſtit. 3. incip. Com ſegons la ordinacio titulo de offici de Canceller, pag. 92. vbi curia erigit, & inſtituit officium Regentis Cancellariam,

riam,& illius officij prouisionem domino Regi tribuit,quod etiam in vacatione officij Cancellarij,& Vicecancellarij aperte declaratur in constit.
2 4.incip.Primerament, pag.93.Huiusmodi autem officia censtat instituta fuisse pro regimine, & administratione iustitiæ,adeò, quod negotia iustitiæ cum subscriptione Cancellarij,Vicecancellarij,aut Regentis Cancellariam expediri debent , & non aliter, vt not.Oliba in vsatico alium namq. de iure fisci cap.4.num.40.prope fin. Mier.super dict constit. Primeramẽt part. 2. coll. 8.num.1. & 12.cum seq. fol.66.vbi per illam constitutionem dicit,quod Cancellarij, Vicecancellarij,&
3 Regentes Regiam Cancellariã tenentur in persona domini Regis, regere,& administrare iustitiam iuxta vsaticos Barcinonæ constitutiones, & capitula curiarum generalium Cathaloniæ,vsus,consuetudines, priuilegia immunitates & libertates Vniuersitatuum, locorum,& singulariũ per-
4 sonarum,adeò quod in exercitio administrationis iustitiæ nullatenus possunt per dominum Regem,nec eius primogenitum impediri,& de his obseruandis iuramentum,& homagium præstare tenentur, antequam eorum officijs vtantur,sub decreto nullitatis actorum:vt ibi per eum, quem super forma iuramenti sequitur Michael Ferrer p.3.observa.cap.74.
5 Ex quo cum à domino Rege in officio,& illius exercitio impediri nequeant,& dicti exercitij liberam habeant administrationem ex eo ; inde aparet magnam fuisse , & esse in Cathalonia illorum potestatem, auctoritatem,& iurisdictionem,propter quã dispositum fuit in dicta constit.4. incip. Primerament,pag. 93. quod officium Cancellarij Regij prouideri de-
6 beat per dominum Regem in aliqua notabili persona Ecclesiastica graduata in Iure Canonico,vel ciuili,natu ralali,& domiciliata realiter,& defacto cum veritate, & sine dispensatione Regnorum Aragoniæ,aut Valentiæ, aut Regni Maioricarum. Quod est intelligendum in Cancellario totius Coronæ,& Vicecancellario. Non in Cancellario Cathaloniæ tantum: quia hic debet esse Cathalanus,sita declarat Oliba de iure fisci.cap.4.n.39.
7 cuius ratio traditur ibi sub num.43.
8 Vbi inquit,quod duplex est Cancellaria,magna,& parua;quia Cancellaria parua concedit,& firmat literas intra suam Prouinciam tantum, & Magna in negotijs totius Coronæ Regiæ. Mier. vero super qualitate personæ Cancellarij in dict. constit. 2.incip. Lo Caceller p.2.coll.8.n.7.fol. 66.dixit.
9 Quod talis Cancellarius consueuit esse aliquis Prælatus,puta Archiepis-
10 cop*,vel Episcop*.Et hoc anno 1624. dum hæc scribo, reperitur Cancellarius huius Principatus Egregius Doctor, ac Perillustris nobilis Don Petrus à Puigmari,& Funes , Abbas insignis Monasterij sancti Michaelis de Cuixano , Ordinis sancti Benedicti dominus meus Admodum colendus, vir quidem integerrimus, & nunquã satis pro dignitate laudatus,omniq. virtutum genere ornatissimus , de quo vtiq. dici potest,quod dicitur per Psalmistam Psal. 66. *Lætentur,& exultent gentes:quoniã iudicat populos in æquitate , & gentes in terra dirigit.*
11 Ex his igitur apparet in magna existimatione,& honore fuisse, & esse in hoc Principatu officium Cancellarij, & Regentis Regiam Cancellariam, eandemq. auctoritatem legimus. Antiquiotibus sæculis habuisse,cum eorum officium esset decretare petitiones secundum Lucam de Penna in l. 2. C. de petitio. bono. sublat. lib. 10.

quas

quas ſignabãt, & in eis ſe ſubſcribebãt, vt hodie faciunt Regij ſcribæ manda
12 ti, in ſubleuamen dictorum Cancellarij, & Regentis Regiam Cancellariam, propter multitudinem negotiorum in Regia Audientia affluentium, qui de eorum ordine, & mandato diſtribuunt cauſas inter Doctores Regiæ Audientiæ, eas illis committendo nomine domini Regis iuxta formam conſtitutionũ Cathaloniæ, vt in conſt. 2. incip. Lo Canceller, tit. de offici de Canceller pag. 91. Et ibi not. Mier. p. 2. coll. 8. fol. 66. Michael Ferrer part.
13 3. Obſerua. cap. 80. num. 3. Ac inſuper etiam ad ipſius Cancellarij officium pertinebat ſubſcribere ſe in reſcriptis, & reſpondere viua voce aliquid implorantibus, vt not Bal. in d. l. 2. C. de Petitio. bono. ſublat. lib. 10. Bellug. in ſpecul. princ. rub. 6. n. 8. vbi, quod omnes literæ, & iuſſiones Regiæ ſubſcriptionẽ Cãcellarij debẽt habere, vt tenet etiã noſtras Mier. p 2. c. 3. coll. 8. n. 7. fol. 69. & probatur in rub. & in nigro. ĩ Auct. vt diuinæ iuſſiones coll. 8. & in l. fi. C. de diuerſ. reſcrip. Ad ipſũ quoq. pertinebat reſcripta, & priuilegia per Regem concedenda, ſigillo Regio, quod apud Cancellarium erat prius quã eo muniãtur corrigere, & cancellare, ex quo à cancellando nomen Cancellarij originẽ ſumpſit vnde Polycraticus in initio ſui libri ita.

Hic eſt, inquit, qui leges Regni cancellat iniquas:
Et mandata Pij Principis æqua facit,
Si quid obeſt populis, aut legibus eſt inimicum:
Quicquid obeſt per eum deſinit eſſe nocens.

14 AD eoque inſignis fuit, & eſt Cancellarij præeminentia, & auctoritas, quod ipſe omnibus Iudicibus, & Magiſtratibus præeſt, & ipſi ſubjiciuntur Doctores Regij conſilij, nec non Prælati in domo Regia exiſtentes, Clerici, Capellani, & cæteri domeſtici de domo Regia: vt not. Oliba. de iur. fiſci capit. 4. numer. 39. & 40. excellentior itaq. eſt omnibus alijs Magiſtratibus, dicit Specula. in tit. de iuriſdict. omn.
15 iudic. verſicul. Magni, & ideó in Cathalonia præeſt gerenti vices generalis Gubernatoris, vt not. Michael Ferrer part. 3. obſeruat. capit. 83. A ſuiſq.
16 ſententijs, ſeu declarationibus latis in cauſis contentionis iuriſdictionis vertentibus, inter curiam Eccleſiaſticam, & curiam ſecularem, quarum cognitio ad ipſum, vt tertium à partibus approbatum pertinet, non ſupli catur, appellatur, nec recurritur, iuxta pragmat. Alfonſ. 4. capit. viſis, & cum diligentia recenſitis Ferd. 2. cap. Primerament, cap. mes ſuppliplica, & Reginæ Germanæ cap. fuit per Inclytum. Quæ iura ſunt in tit. de content. iuriſdictio. & occupatio, temporalitat. in 2. volum. conſtit. pag. 61.
17 Ideoque propter eius præeminentem auctoritatem vocatur illuſtris in §. illo, in auth. de appellation. coll. 4. qui probat eum dici poſſe Illuſtriſsimum, & etiam eminentiſsimus appellatur in l. 2. C. de ſentent. ex pericul. recitand. & Glorioſiſsimus quæſtor, nuncupatur ab Imperatore, in §. fin. in auten. de non alienand. Bellug. dict. rub. 6. num. 8. & ibi additio. Borrell. cui Imperator reſcribendo ſub nomine Magnificentiæ reſcribit, vt in l. Sancimus la primera, C. de Aduoc. diuerſ. iudic. & propterea circa latus ipſius Imperatoris, ſeu Principis ſtat, & in ei⁹ commitatu ſemper eſt, vt in l. præcipimus. § huic, C. de appellation. glo. in dict. l. 2. C. de pecio. bono. ſublat. vbi, ꝙ Regem ſequi eiq. aſsiſtere neceſſe

habet: quia eius scientia, præsumitur scientia Principis, cuius personam representat: vt est glo. aurea. in capit. statutum de rescrip. libr. 6. quam ad hunc propositum citat Bellug. dict.

18 rubr. 6. num. 8. Quam prærogatiuam assistendi circa Regem in absentia Cancellarij competit Vicecancellario: vt not. Lucas de Penna. in l. duos. C. de suscepto, & arca. lib. 10. Guiller. Bened. in cap. Raynuntius, verbo & vxorē nomine Adelatiā n. 198. de testamē.

19 Tandem sufficit de illius munere, & suprema dignitate dicere, quod Moyses, qui Deū facie ad faciem videbat, & cum eo familiariter loquebatur, meruit super populo Israel Dei Cancellariū esse: vt habetur Numer. cap. 12. Similiter, & Iosephus, vir beatus, fuit etiam Pharaonis Regis Cancellarius legitur, Gene. 41. & Rex Regum, & eximius Propheta rum Dauid, Iosaphat virum vtique prudentem, & sanctum habuit in suum Cancellarium, Reg. 2. cap. 8. in fine. Ac deniq. solus Summus Pontifex in Ecclesia Dei Cancellarius vocatur, cuius, & Dei vnum, & idem dicitur esse consistorium secundum Host. in cap. quanto de translat. Episcop. latè Cassan. in Catalog. glo. mund. par. 7. consid. 7. Guiller. Bened. in capit. Raynuntius de testa. verbo & vxorem nomine Adelasiam. num. 293. vsque 306. vbi assos refert.

20 Non minus Senatorum, & Regiorum consiliariorum dignitas est existimanda, cum Senatores, & Regij Consiliarij sublimes personæ, & patres conscripti dicantur, quorum nomina solita olim erant in diademate Imperatoris scribi, quos decus lateris Principis illustrat. l. 1. C. de præpost. Labaro. libr. 12. adeò, quod cum illo vnum, & idem corpus faciunt, quorum auctoritas in tantum meruit augeri, vt appellari ab eis non possit: quoniam credit Princeps eos, qui ob singularem industriam, explorata eorum fide, & grauitate ad huius officij magnitudinem adhibentur: non aliter iudicaturos esse pro sapientia, ac luce dignitatis suæ, quam ipse foret iudicaturus dicit text. in l. 1. ff. de Officio Præfect. prætor. Redin. de Magest. Princip. verficulo Setl etiam legibus, numer. 100. & 105. cum seq. pagin. 56. Qua de causa singulari priuilegio vtuntur, vt scilicet de illorum sententijs visitari, nec syndicari possint, vt eruditè exornat, Boiadill. lib. 5. capit. 3. num. 55. vsque 66. Bellug. in speculo. rubri. 42. in principio, & num. 4. & apud nos probat. constitut. 11. Regis Ferdinand. incip. poc valdria, post princip. sub titul. de obseruar constitu. vbi dicitur, quod

22 Iudices Regiæ Audientiæ non possunt querelari de sententijs ab eis latis cum determinatione, & deliberatione Regij consilij, licet prætendatur fuisse latas contra constitutiones, vsatica, capitula, & acta curiarū priui-

23 legia, vsus, & consuetudines. Nec de his quispiam miratī debet: nam post quam à Principe tanquam benemeriti electi sunt, ad dictum munus, pro ipsis omne bonum præsumitur, quod scilicet secundum ius, & iustitiam iudicant: turpe enim esset dicere. Patricio, & nobili viro in causis exorandis ius in quo versatur ignorare: dicit text. in l. 1. §. seruius, ff. de Orig. iur. qui nimo de illorum scientia, & fide dubitare ad instar sacrilegij esset cum increparetur Princeps de mala electione, quod non est ferendum, iux. text. in l. 2. C. de crimi. sacrilegij, ibi:

Sacrilegij instar est dubitare an dignus sit, quem elegerit Imperator.

Insuperque dignum est, vt qui suis consilijs, suisque laboribus pro toto Regno die noctuq. laborant dignam habeant suæ fortunæ prærogatiuam, dicit text. in l. bene à Zenone prope finem

nem, C. de Quadrien. præſcrip. propter enim ſub limites perſonas laxantur interdum Canonica præcepta capit. de multa de præbend. Et hinc dicitur, quod hi, qui alta nobilitate, & honoris prerogatiua lætãtur, auctoritate, & dignitate, fungi debeat ampliori cap. 1. in fin. de officio deleg. cap. ne aliqui de priuileg. lib. 6.

24 Quare cum dicti Præſidentes, & Senatores Regij conſiliarij in tam alta præfectura conſtituti ſint, ſuperfluum quodãmodo videtur illos viſitari debere, nec minus in hoc tenuiſsimo opere, eorum ſupremas dignitates ad hunc effectum inſcribere. Veruntamen cum viſitationi Regiæ obnoxij ſint pro vt ita placuit Domino Regi iuxt. capit. 5. curiarum anni 1599. ideò viſitationem ipſam æquo animo, & hilari fronte ſuſtineant cuius moleſtias ſi repellere cupiunt infraſcripta rogamus obſeruent.

25 Et primum cum Senatorum præcipuum munus ſit iuſtitiam miniſtrare, & vnicuiq. ius ſuũ tribuere, nec alterum lædere, quæ duæ ſunt iuſtitiæ partes vt in §. iuris præcepto inſt. de iuſtit. & iur. Hinc eſt, quod rectè iudicantes ſtateram in manu geſtare debent capit. omnis qui 45. diſtinct. cap. non afferamus 24. quæſtion. 1. Inno. 4. in cap. 1. de re iud. in 6. ibi ſtateram geſtent in manibus, lances appendant æquo libramine: adeò quod condemnandum condemnent, & abſoluendum abſoluant, & vtrumque penſum iuſtitiæ, & miſericordiæ, cum moderamine ſuſtineant, de quo iuſti-

26 tiæ temperamento diuinæ admodum loquitur magnus ille Grego. in 4. p. libr. 20. Moral. cap. 6. Omnis enim, inquit, qui recte iudicat ſtateram in manu geſtat, in vtroque penſo iuſtitiam, & miſericordiam portat: ſed per iuſtitiam peccati ſententiam, per miſericordiam peccati temperat pœnam, vt iuſto libramine quædam per æquitatem corrigat, quædam vero per miſericordiam indulgeat. Hinc eſt, quod ſemiuiui illius vulneribus, qui à Samaritano in ſtabulum ductus eſt Lucæ 10. adhibetur vinum, & oleum, vt per vinum mordeantur vulnera per oleum foueantur, quatenus vnuſquiſque qui ſanandis vulneribus præeſt: in vno morſum diſtrictionis adhibeat in oleo mollitiem pietatis per vinum mundantur putrida, per oleum ſananda fouentur, quod & illa tabernaculi arca ſignat in qua cum tabulis virga ſimul, & manna eſt, clare demonſtrans, quod vbique in Iudice eſt virga diſtrictionis ſit, & manna dulcedinis. Hoc etiam agnoſcens Rex Regum, & eximius Prophetarum Dauid, Pſalm. 22. Virga, inquit, tua, & baculus ipſa me cõſolata ſunt: Quia virga à Domino percuſſus fuit, baculo ſuſtentatus. Sit ergo in Iudice diſtrictio iuſtitiæ, quæ feriat, ſit & conſolatio baculi, quæ ſuſtentet.

27 Cæterum in criminibus puniendis debet Iudex eſſe conformis legibus, quæ appellantur inexorabiles, vt in l. fin. C. de Tabula. libr. 10. contra quarum auctoritatem, & diſpoſitionem non licet effundere preces, quia ſunt res ſurdæ, & conſtantes, quæ non mouentur precibus, quinimò cuilibet merenti dant præmia, & demerenti ſupplicia, l. 1. ff. de iuſtit. & iur.

28 Sic & Iudex fortis, quoque potens, & conſtans eſſe debet adeò, quod nec vereatur magnitudinem cuiuſcunque: quia non eſt, qui reſiſtat mageſtati ſuæ. Eſther. 9. & ideò dicitur Eccleſ. 7. *Noli velle fieri Iudex ſi non vales virtute irrumpere iniquitates malorum*, & ad hoc tendit illud vulgatum. Nõ vultũ pauperis, nec honores potentis cõſiderari debere: ſed quod iuſtum eſt vnicuiq. tribuere de quo Marcus Mantua. in

tract. de fauorib. pupillorum p. 1. col. fin. tom. 18. tract. bonum siquidem, &
29 excellens opus facit, qui iuste iudicat magnoque præmio coronabitur dicit Archiep. Florent. in 3. par. tit. 9. cap. 1. vbi refert exemplum de quodam pagano iudice, qui fuerat iustissimus in iudicando, cauens sibi ab omni iniustitia, qui quamuis mortuus fuerit in infidelitate: tamen præseruatus fuit per longissima tempora à condemnatione infernali. Huius rei testimonium fuit, quod dum quis in agro suo foderet ad puteum, vel aliud faciendum, inuenit humanam linguam loquentem, & dicentem lauiter percute, ne me lædas. Interrogata cuiusnam esset, respondit se fuisse Gentilem, & Iudicem, & eò quia nunquam sententiam protulerat iniquam, Deus reseruauerat animam suam in illa lingua, quo vsque Baptismum reciperet. Rogans eum, vt pro Episcopo mitteret, vel iret, vt Baptismum, ei conferret, quo facto subito in cinerem dissoluerctur, caluaria eius integra erat, & lingua in ea viuens, recens, & loquens. Quibus omnib' per actis, & coram ipso clero, & populo per ipsum declaratis Baptismum recepit, & eo recepto in cinerem resolutus fuit, eius anima ad beatitudinem nulli dubium tendente. Quod exemplum tradit etiam Rebuff. in praxi benefi. in prohem. concord. fol. mihi 499. & Auil. in capit. prætor. capit. 1. verbo en iustitia num. 4. Subdens etiam ipse Florent ibidem, quod auctoritas ista iudicandi, delegata seu collata fuit hominibus à Deo, qui in hoc tenent locum, & vices Dei, quem in quan-
30 tum possunt debent imitari; quia ipsi Deo de eorum iuditijs rationem sunt reddituri, & secundum qualitatem eorum gloriam, vel pœnam recepturi, & præter id etiam parti lesæ ad omne interesse tenentur secundum Bald. in autenthica statuimus num. 2. C. de Episco. & Cletic. & Bar. in l. 1. numer. 6. C. quomod. & quando iudex Auiles in dict. capit. prætor. capit. 1. verbo a las partes, nu. 2. quod intellige, & declara vt per Auil. ibidē n. 3. fol. mihi 41. Præterea Rectissimi Regij Senatores, iustissime iudicātes, inclinare non debent ad dexteram, vel sinistrā: vt post. specul. not. Paris. de Pur. de synd. verbo Iudex, capit. 2.
31 num. 4. fol. 210. subdens, quod Iudex debet esse iustus, & æquus, & æqualis medius inter partes non declinās ad dexteram, nec ad sinistram, cap. cum inter de exceptio. & ibi glo. in verbo claudicare, l. fin. C. de Fruct. & lit. expens. ideòq; vocatur Iudex sedens in medio, vt in cap. quo ad consultatio-
32 nem de re iudicat. Et ea de causa nunquam ad furorem populi seu tumultum, aliquem sine debita causæ cognitione condemnare debent, quia difficile est commotis animis, & concitatis ingenijs, verū cuiquā persuadere. Sed Christum imitari rectissimum Iudicem, de quo dictum erat Psal. 95. *Qui non commouebitur iudicabit populos in æquitate*: Quia scriptū est, quod vanę populi voces non sunt au-
33 diendæ, nec admittendæ per Iudicē iux. tex. in l. Decuriorum, C. de pœn. quia pleb. sæpè clamoribus, aut gratia, vel pretio fortasse excitata moueri solet, capit. si ergo 8. quæsit. Ideo nunquam lex ciuilis fecit populum, & multitudinem diffinitorem causarum: nam prudentia, quæ requiritur in causarum decissione, & terminatione, est in paucis literatis, & solem nibus vtris, cum nihil sit honestum horum, quæ tractat multitudo: vt dicit tex. in Auth. de referendarijs.
34 Hinc dicitur, id quod populo placet displicet Deo, cum populus docendus sit, & non sequendus vt in cap. miramur 61. dist. & in cap. docendus est populus 42. distinct. glo. in capit. Otius,

de

de electio. vbi dicit Bald. quod ſemper contra vulgum ſunt. Malæ præſumptiones: quia clamor impedit animum ne poſsit discernere verum l. Si conſtat, ff. de Appellat. l. Si priuatus, ff. Qui, & aquibus. Nihil enim recti geritur ſi cum clamore recte vincitur, l. fi. ff. de Hered. inſtitu: nam ſcriptum eſt. Iſay. 32. *Quod erit opus iuſtitiæ pax, & cultus iuſtitiæ ſilentium.* Et in cõcilio 11. Toletano dicitur, quod cultum ſuum iuſtitia perdit quando ſilentia iudiciorum obſtrepentium turba confundit capit. in loco 5. quæſtion. 4. Vnde merito in
35 noſtro Cathaloniæ Principatu Senatores eiuſdem in Senatu clauſis ianuijs, cauſas ſub magno ſilentio deciduut, & vouent. Quinimo iurant ſe habituros eſſe ſilentium minimeque denuntiaturos ſententias, & opiniones vouentium ſuper rebus, quæ in ipſo Regio concilio tractantur iuxta conſtitutio. 4. incip. Encara ſub titul. de la electio nombre, y examen dels Doctors del Real conſell pag. 77.

Et vbi Regij Conſiliarij reuelarent ſecreta Regij concilij, quod non præſumitur, ex tali reuelatione ſyn-
36 dicari, & viſitari poſſent. Nihil enim vtilius Reipublicæ, & iuſtitiæ integritati eſſe poteſt, quam ſecreta ſeruare: nam ſi Regius conſiliarius, quæ in concilio geruntur in lucem profert: vix ſane efficietur, quod concilij decreta in effectum deducantur: quia affertur ciuibus occaſio, vt decreta ip-
38 ſa interrumpant. Vnde in ſacris literis huius ſecreti obſeruantia plurimum commendatur, legimus enim Prouerb. 11. *Qui ambulat fraudulenter reuelat arcana, qui autem fidelis eſt celat amici commiſſum.* Et capit. 25. *Secretum extraneo, ne reueles ne forte reſultet tibi cum audierit.* Et Eccleſ. cap. 27. *Qui denudat arcana amici, fidem perdit, & non inueniet amicum ad animum ſuum.* Et per Ezechielem ait dominum cap. 7. *Auertam faciem meam ab eis, qui violabunt arcanum* & Eſayæ capit. 24. legitur. *Secretum meum mihi, ſecretum meum mihi.* Apud Romanos quoque fuit maximopere ſecretum obſeruatum, & ex illius obſeruatione inde plura beneficia, & commoda ipſis ſequuta, vt colligitur ex Valer. Maxim. libr. de inſtitut. antiqui, vbi dicit. Tria fecerunt Romanos: dominari ſanum conſilium, & ſecretum, & dictis ſuis ſe pertinaciter inhærere, & non frangere fidem. Et ex Iulio Capitolino in gordianis, dum inquit. *Hunc autem morem apud veteres neceſsitates publicæ receperunt, vt ſi forte aliqua occulta conſtituere opporteret Senatus conſultum tacitum fieret, ita vt non ſcribæ, non ſerui publici illis actibus intereſſent Senatores acciperent omnium officia ſcribarumque complerent, nequit forte proderetur.* Sequuntur Budæ in annota. ad panoect. ſuper. l. final. ff. de Senat. pag. 252. Oroſius libr. 8. de Regis inſtitutione in verrem ibi, *Et autem in conſilijs Principum fidei munus, quicquid ſecreto ſtatutum fuerit ſilentio, & taciturnitate comprimere ſi enim, qui amici conſilium aperit, eſt odio omnium valde dignus, quo tandem ſcelere illum*

alligari iudicabimus, qui Regis consilium contra datam fidem, cum homine, qui non sit particeps eiusdem consilij communicauerit? Hinc Valer. Maximus lib. 1. cap. 1. scribit: nunquam inter Romanos fuisse repertum, qui deteregeret ea, quæ in Senatu agebantur præter Quintum Fabium Maximum, qui cum in sua prætia, aliquando prosiscéretur, atq. in itinere Publium Crassum reperisset, qui Romam è prædijs suis veniebat eidem quicquid in Senatu de bello punico actum fuerat patefecit, cum sibi falso persuaderet, ipsum Publium Crassum alterum ex Senatoribus esse, ob quod a Senatu quamuis ignorans peccasset, punitus fuit Ammianus etiam Marcellinus scribit lib. 21. Quod si solum apud Persas in consilio admitebatur, qui tacere solebant, & per eosdem pœnam capitalem contra secreta consilij propalantes esse impositam. Atq. ita Simancas de Republ. libr. 7. capit. 141 plurimum secretum custodire deprecatur, & tandem dixit eos, qui patefaciunt ea, quæ in concilijs secreto tractantur, non modo muneribus priuari debere, sed etiam pœnis grauissimis puniri: quod confirmat Bellug. in suo speculo. rubri. 10. numer. 5. & ibi additio. Borrell. sub. litera
39 A. referens in concilio Neapolitano fuisse electum a Senatu quendam Senatorem eo, quia secreta Regij concilij reuelasset, sequitur Bajard. ad clar. quæstion. 73. numer. 6. & 8. vbi, quod secreta reuelantes priuantur officio Boer. in tracta. de auctor. mag. concilij numer. 155. Put. in tracta. de syndic. verbo excedunt consiliarij numer. 2. & seq. fol. 89. Hyppolit. de Marsil. consil. 1. numer. 3. & 4. volum. 1. late Prosper. Crauit. part. 3. num. 16. Quare Regijs consiliarijs plurimum interest, vt diligenter silentiū obseruent de his, quę in consilijs tantè geruntur: non modo propter peccatum mortale, quod committunt detegendo secretum, quod iuris naturalis est: verum etiam, quia ad auctoritatem Regij concilij, & status, atque iustitiæ integritatem, & denique publicam vtilitatem illud obseruare, & custodire pertinet, maximè extante lege patriæ sic ordinante, & præcipiente, vt legitur in const. 4. Regis Ferdinandi incip. Encara mes sub titul. de la electio dels Doctors de la Audiencia pag. 77.

40 Rursus licet ipsi Regij Consiliarij vti Judices suprami, in eorum iudicijs, & causis coram ipsis vertentibus tanquam vices, præfecti prætorio obtinentes videatur iudicare secundum eorum conscientias lola veritate facti inspecta: vt not. Guid. Pape decis. 29. numer. 46. Bald. in l. 1. numer. 6. C. de Manumiss. vindict. Felin. in capit. cum venerabilis numer. 42. de excep. Tiber. Decian. 1. tom. crim. lib. 2. cap. 14. num. 14. Octauia. decis. Pedemontan. 1. numer. 20. Carol. de Grass. libr. 1. Regal. Francil. numer. 12. pag. 177. qui tenent Dominos de consilio Regio cognoscere sicut Deus. Secundum scientiam, & conscientiam: eo quia apud Principem magis habet locum veritas quam ritus iudiciorum, l. 1. §. si quis vltro in fin. ff. de quæstio. Bal. in l. fin. C. de præcip. Imper. offere: quia Princeps non curat nisi de veritate, l. 1. ff. de edilit. edicto. Bellug. in speculo. Princip. rub. 23. §. dicamus num 5. Rolan. à Vall. consil. 70. num. 16. cum seq. vol. 1. late Bouadill. qui alios refert lib. 1. cap. 3. num.
41 58. Veruntamen in Cathalonia modo prædicto iudicare non debent: quia obnoxij, & astricti sunt iudicare secundum iura patriæ, & non secundum conscientiam, cum teneantur iudicare per directum ideſt causa cognita partibus auditis, cum ordine, & forma

per

per conſtitutiones & ſtylos recepta, vt ex Calicio, Mier. & alijs not. Oliba in vſatico. Alium namque de iure fiſci, capit. 3. numer. 26. & 27. Quinimò, & præciſſe, obligantur iudicare ſecundum conſtitutiones, & iura patriæ, & non aliter, vt habetur in conſtitut. 1. tit. de electio. nombre, y Doctors de la Audiencia, verſic. *Seruant les cõſtitutions de Cathalunya.* Et in conſtitut. 40. curiarum anni 1599. Et de his obſeruandis in introitu officij iurant ſe ſeruaturos leges, & conſtitutiones dicti Principatus vſaticos Barcinonæ, & alia iura patriæ, vt in conſtitut. 1. & 3. titul. de obſeruat conſtitu. Ex quo illud ſequitur, quod Regij Conſiliarij aliter procedentes, vel cõtra dictas leges, conſtitutioneſvè, & alia iura patriæ iudicantes, (quod minime credendũ eſt) ex tali legum, ſeu conſtitutionum violatione, & contrafactione vtique viſitari, & ſyndicari poſſent, ad tradita per Borgo. Caual.
42 deciſ. 11. numer. 39. Vbi, quod Iudex, qui contra iurá, & ſtatuta iudicat præſumitur eſſe in dolo, & mala fide, & facit conſt. 11. incip. Poch valdria verſic. ſi empero col. 2. titul. de obſeruat. conſt. pag. 51.

43 Hinc, & illud etiam ſequitur, quod dicti Regij Conſiliarij, rectè iudicantes ordinem iudiciarium ſeruari ſolitum obſeruare debent, ne dum in ciuilibus cauſis, iuxt. text. in l. prolatam C. de ſentent. verum etiam, & multo magis in criminalibus: eo, quia in illis agitur de maiori præiuditio, vt in l.
44 abſentem, ff. de pœn. Nam vbi ordo non ſeruatur iudicium nullum redditur, d. l. prolatam. Quinimò Iudex nõ ſeruans ordinem à iure datum, debet puniri dicit Bald. in rubric. C. de pen. qui male iudic. & in cap. iniuria. de pace. iura. firmand. ſubditis, quod cognoſcere iuris ordine non ſeruato, eſt auferre ius alterius, & alibi idem Bald. in l. ſi quis in tantum C. vnde vi. dicit, quod vltra officium facit Iudex, qui non ſeruat ordinem iuris ſequitur. Amod. de ſyndicat. numer. 142. in fine Auiles in capit. Prætor. verb. drechamente in prin. vbi, quod Magiſtratus, virum oſtendit ſi ritè, & rectè ſe geſſerit, ideſt ſeruato iuris ordi-
45 ne iuſtè iudicauerit. Hinc in conſil. Decij 254. in fine legitur, quod iuſtitia tunc fieri dicitur quando iuris ordo ſeruatur, & vice verſa in dolo eſt Iudex, qui iuris ordinem non ſeruat Contard. de moment. poſſeſſ. limit. 10. num. 20. Maſcard. de probatio. concluſ. 532. in verbo dolus Iudicis, qua de cauſa ordo iuris, in cauſis proſequendis, & decidendis ſeruandus eſt, ne aliter ex nimia præcipitatione, quæ nouerca iuſtitiæ dicitur, ſententia corruat, Clement. Paſtoralis de re iudicat.
46 Ideoque boni Iudices præcipites eſſe non debent, cum iniquitas omnia præcipitet capit. non imperpetuum, vbi gloſ. in fine 24. quæſtion. 3. & capit. inter hæc de pœnit. diſt. 3. dicens quod virtus lenta eſt, & omnium perconctatrix, iniquitas autem omnia præcipitat: quia qui iudicat pluſquam intelligit in labyrinthum incidit erroris, dicit text. in cap. ſciendum. 29. diſtinct. Vnde Diuus Hieron. ſuper Hieremiam lib. 20. Non poteſt, inquit maturitas eſſe conſilij vbi nullus eſt ordo iudicij, & ſtat. Thebai. lib. 10. da ſpatium teneque moram, male cuncta miniſtrat impetus, & facit text. in ca. ad noſtram de conſuet. per quẽ Bald. ibi, expreſſe inuehit contra Iudices ſententiam fabricantes non terminato proceſſu, & Dominicus in cap. ponderę. 50. diſtinct. exclamat contra Iudices, quibus deſerò mittitur proceſſus, & demanè iudicant: pro vt prius dixerat Batt. in dict. l. prolatam, C. de ſentent. ex quibus aperte colligitur.
47 Quod Iudices iuris ordinem non ſeruantes, & præcipanter contra illum pro-

procedentes visitari, & syndicari possent nam in omnibus causis, vt dictū est, & probatur per tex. in l. Iudices, & ibi gloss. C. de Iudi, iuris ordo, & plenissima causæ cognitio requiritur.

48 Insuper quoque prudentissimi Iudices cauere debēt, ne impetu iræ, vel alterius passionis, in eorum officijs procedāt. Restringa est enim potestas sub ratione, ne quid agendū priusquā concitata ad tranquilitatem mens redeat: quia si impetu iræ abstractus Iudex sœuire festinaret, admitteret magis scelus, quam vindicaret, vt dicit Valer. Maxim. lib. 5. tit. de parentum moderatione in liberos. Ideò Apostolus ait. Non vos vindicantes charissimi: sed date locū iræ, hoc est, declinemus eam, ne nos illa corripiat. Sumopere præcauendum est, ne Iudices sæcularia Iudicia excercentes, in dictandis sententijs, nullatenus lænitate, aut furore ducti sint præcipites, sed causis prius diligenter vētilatis cum res, quæ ignorabatur ad noticiam pleniter venerit, tunc diuina, & humana lex resoluatur: & tunc secundum, quod ibi cōstitutum est, remota personarum acceptione diffinitiua proferatur sentētia. Hinc est, quod Moyses querelas populi semper ad dominum ingressus referebat: & iuxta, quod Dominus imperabat iudicia proponebat, Nimirum nos instruens, vt non ex corde nostro, sed ex præcepto diuino, condemnationis, & iustificationis sententiam proferamus, nō sensu nostro, sed ratione iuribus informata dictante.

49 Meminerint ideò obsecro Iudices quatuor modis humanum iudicium peruerti: Timore, Cupiditate, Odio, scilicet, & Amore, ista siquidem quatuor, sæpe solent hominum rectos per

50 uertere sensus, de Timore extat nobis exemplum in illo iniquo Iudice, qui timens populum ei dicentem, si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris decreuit inique Christum Redemptorē nostrum voluntati eorum tradere, vt habetur Lucę 24. quod facere nequiuit: quia sicuti fauore populi non debuit damnatus liberari, l. ad bestias, ff. de pœnis ita nec ipsius furore innocens erat damnandus, & multò minus per rationem l. absentem ff. de pœn. & nihilominus ob timorē adiudicauit fieri petitionem eorum, rectum iudicitū, sic iniustè peruertendo ipsum Christū ad solam funestam vocem Sacerdotū iniuste condemnando contra l. fin. C. de accusatio. contra quem timore ipsorū Sacerdotum perterritus, & vt eis placeret adeò præcipitanter processit. vt eius processus vix decem durauit horas, vt legitur apud Guiller. Bened. in cap. Raynun. verb. Mortuo itaq; testatore, n. 243. fol. mihi 99. vbi sub. n. 247. refert Epist. Tiber. Cæsari scriptam in qua ostendit suum ipsum errorem, quem ex solo timore processit, ac etiam sanctitatem: & Innocentiā Redēptoris nostri patefacit qua ex causa dicta Epistolā hic trāscribere decreui cuius tenor sequitur sub his verbis.

TYBERIO AVGVSTO PONTIVS Pilatus Salutem.

51 *NVPER accidit, quod ipse probaui, Iudæos per inuidiam se, suosque posteros crudeli damnatione peremisse: Cum enim promissum haberent parentes eorum, quod Deus mitteret illis, per virginem Sanctum suum, qui Rex ipsorum merito diceretur, hunc me præsente misit in Iudæam, quem cū vidissent cæcos illuminasse, læprosos mundasse, paralyticos curasse, Dæmones effugasse*

effugaſſe, Mortuos ſuſcitaſſe, ventis imperaſſe, pedibuſque ſiccis ſuper vndas maris ambulaſſe, & alia multa miracula feciſſe, & omnis populus Iudæorum, diceret eum eſſe Dei filium: Principes Sacerdotum inuidia contra eum moti, mihi eum tradiderunt, & alia pro alijs mentientes hunc Magum eſſe, & contra legem eorum agere dixerunt. Ego autem ita eſſe dicens ipſum flagellatum eorum arbitrio tradidi, qui eum crucifixerunt, & ſepulcro cuſtodes adhibuerunt. Ille quoque militibus meis cuſtodientibus die tertia reſurrexit. In tantum vero nequitia Iudæorum contra eum exarſit, vt ipſis cuſtodibus pecuniam darent, quatenus diſcipulos eius corpus rapuiſſe dicerent: ſed illi, quod factum fuerant tacere non valentes, teſtati ſunt eum reſurrexiſſe ſeq; viſionem Angelorum vidiſſe, & à Iudæis pecuniam accepiſſe. Hoc autem ideo ſcripſi nequis alter æſtimet factum eſſe vel credendum mẽdacijs Iudæorum. Hæc ille.

52 Cupiditate etiam corrumpitur Iudicium dum præmio alicuius animũ corrumpimus, quod contingere poteſt, quando diuitum negotia tractantur, nam vt inquit Diuus Iſidor. lib. 3. capit. 58. Diues muneribus cito corrumpit Iudicem, Pauper autem dum non habet, quod offerat, non ſolum audiri contemnitur: Sed etiam contra veritatem opprimitur. Cito, inquit, violatur auro iuſtitia. Nullam Reus pertimeſcit culpam, quam redimere, nummis exiſtimat capit. pauper. 11. quæſt. 3. capit. ſi lapſis. 50. diſtinct. not. Feli. in rub. de homicid. Segur. in directo. Iudic. 2. part. cap. 10. nu. 1. Hinc Verinus Mich. ait.

Cum Reus eſt diues, prætorem nactus auarũ:
Quid non ſperabit poſſe licere ſibi.

Et Diuus Ambroſ. lib. 7. aduerſus Gẽtes ait, creſcit multitudo peccantium, cum redimẽdi ſpes datur, & facile itur ad culpas, vbi eſt venalis innoſcentium gratia. Vnde in ſacris litteris plurimum commendatur, ne Iudices mu-
53 nera recipiant, vt legitur Exod. 23. *Ne capias munera: quia excæcant occulos prudentum, & ſubuertunt verba iuſtorum*, & 1. Reg. 18. *Acceperunt munera, & peruerterunt Iudicium.* Quia munerum acceptio eſt veritatis præuaricacio. cap. qui rectè 11. quæſt. 3. cap. non ſanè 14. quæſt. 5. Nullum enim eſt officium tam ſanctum, tamque perfectum, quod auaritiam, & cupiditatem cõminuere atq; violare non ſoleat, muneribus. Ideò non homines ſolum, ſed & Deos flecti
54 conſueuiſſe antiqui illi Ethnici clamare ſolebant: & propterea vbi muneribus agitur iuſtitiæ locus eſſe non poteſt: quia cum legibus pacem habere non poteſt, qui munera recipit ſecundum Angel. in l. non dubiũ. C. de teſt. Pute. in tractat. de ſyndicat. in verbo, Poculenta, cap. 2. numer. 2. & ſequent. Boer. deciſ. 153. numer. 25. Neuiza. in ſylua. nuptial. lib. 5. rubric. quomodo iudicandum numer. 94. & 98. Menoch. de arbitra. caſu 517. numer. 1. 15. & 19. Maſcard. concluſ. 164. num. 1.
55 Decian. in tractat. crimin. lib. 8. capit. 36. num. 4. Hinc dicitur, quod Iudex, qui excutit manus ſuas ab omni munere, in excelſis habitabit, & magis æſtimabitur: etenim Imperator multum fauet Iudicibus, & officialibus, qui manus mundas habuerunt vt in §. neceſsitatem, & §. illud in authent. vt

Iudic,

56 Iudic. ſine quoque ſuffrag. vbi pollicetur præmium alterius officij, & vice verſa grauiſſimis pœnis puniũtur, qui munera recipiunt de quibus latè Rondinel. de ſyndic. Officialium, nu. 63. & Bouadill. lib. 2. capit. 11. per tot. qui plures alios refert Farinac. quæſt. 111. num. 240. Vbi, quòd in vrbe Romana Iudicibus munera accipiẽtibus pœna vitæ, & confiſcationis bonorum infligitur, & de iure noſtro municipa-
57 li Regij Senatores incurrunt in pœnam priuationis officij, & inhabilitatis ad aliud obtinendum iux. conſt. 3. incip. Los quals tit. dels ſalaris rebẽ officials Reals, ſobre lo General. p. 280.

58 Odio quoque violatur iuſtitia cum contra quemlibet aduerſarium molimur, nam iudicare de ſubditis nequimur, ſi in ſubditorum cauſis non merita: ſed odium, vel gratiam ſequimur ita Greg. moral. 19. ſuper illud Iob. 29. hanc Cicero lib. de offic. Audit. inquit ibi: *Equi Iudicis eſt, nihil in odium alicuius audire, vel ingratiam, ſed ſincerè ad ius reddendum in cauſa omnia expedire.* Vnde Gregor. Thelog. in Apolo. de fuga dicit. *Ab odio, & beneuolentia veritas ipſa, vt plurimũ ſurripi ſolet.* Ideo dixit Ariſto. lib. 2. Rethor. cap. 4. quod ira ſanabilis eſt, odium non, itẽ qui iraſcitur multis modis miſerebitur, qui odit nullo pacto, & ſic apparet odium peiorem eſſe iræ, vt legitur etiam à Diuo Auguſtino de verbis domini ſer. 16. Et propterea Inn. Pontif. 4. inſtruens Iudices dicit illis in cap. 1. de re iudic. in 6. ibi: *Nihil vendicent odium, nil fauor vſurpet, timor exulet præmium, aut expectatio præmij, iuſtitiam nõ auertat.* Hinc Saluſtius in catalina inquit. *Omnes homines, qui de rebus dubijs conſultant, odio, inimicitia, ira atq; miſericordia vacuos eſſe decet.* Vndè infertur iuſtitiam adminiſtrantes, non debere reminiſcere inimiciarum, & diſcentionum, ſi quæ prius ſibi cum aliquibus interceſſerunt. Nam vt inquit Euſebius Sardus, nõ ad regnandum promotus es, vt te ipſum vlciſcaris, verum vt imperio tuo ſubditos, etiam ab aliorum inſidijs, ſecuros atque tutos cuſtodires.

59 Amore denique peruertitur iudicium, dum Amico, vel propinquo, contendimus præſtare auxilium, quod perniciоſiſſimum eſt, cum in iudicijs nulla ſit facienda diſtinctio perſonarum cap. nouit de Iudicijs, & legitur Exod. capit. 23. & Deuteron. capit. 1. *Audite illos, & quod iuſtum eſt iudicate, ſiue ciuis ſit ille, ſiue peregrinus, nulla erit diſtantia perſonarum, ita paruum audietis, vt magnum, nec accipietis cuiuſquam perſonam, quia Dei iudicium eſt.* Et Leuit. 19. habetur. *Non conſideres perſonam pauperis, nec honores, vultuum Potentis, iuſtè iudica proximo tuo.* Et Prouerb. 14. quoque dicitur, *Cognoſcere in iudicio perſonam non*
60 *eſſe bonum*, & ibidem 28. *Qui cognoſcit in iudicio faciem, non bene facit iſte, & pro bucella panis deſerit veritatem.* Et facit text. in l. Æmilius, ff. de mino. ibi: *Imperator videns puellam formoſam, valde motus eius pulchritudine, partem ſuam fouebat.* & alibi in l. 2. §. initium, ff. de orig. iur, dicitur ibi: *Apiũ cladium captũ amore virginis, omne fas, ac nefas miſcuiſſe.* Effectus enim amoris eſt, & maxime

laſciui

laſciui peruertere rectum iudicium,
61 iuxt. illud Iudicum. 16. & Eccleſ. 19. *Vinum, & mulieres apoſtatare faciunt ſapientes, quanto magis incipientes.* Hinc Diuus Gregor. in ſermon. de Aſſumpt. inquit. *Ignorat amor iudicium, nec aliquid cogitare poteſt, quam quod diligit.* Et Beat. Ambroſ. lib. 1. inquit. *Multæ, & magnæ ſolent, ex amore hominibus exiſtere calamitates.* Diuus quoque Hieron. in Ioelem cap. 1. dicit. *Nulla res ita inebriat, vt amor, qui excæcat cordis oculos, & nihil aliud, niſi id quod amat cogitare permittit.* Plura ad propoſitum not. Simanc. de catholi. inſtit. tit. 17. num. 43. & ſequē. Petr. Gregor. in ſyntagm. iur. 3. part. lib. 30. capit. 3. numer. 9. in fine Tiber. Decian. in 1. tom. crimin. lib. 5. capit.
62 37. num. 18. Ideoque licet de concubinatu nemo poſsit ſyndicari, vt notat. Pariſ. de Put. de ſyndicat. verb. Adulterium, num. 8. Nec de adulterio Iaſ. in l. vnica ſub numer. 10. C. vt omnes Iudices tam ciuil. quàm milit. Nihilominus congrui honeſtati Iudicum, & ne peruertatur rectū iudicium, quod Iudices ſe abſtineant à viſitatione, & colloquio mulierum, ſiquidem litigantes, & officia prætendentes illis mittere ſolent munera, & illæ in conuerſatione cum Iudice, & Officiali ſignificant, quod tale exoptant promoueri, vel nō, vel vincere, & inde ex tali mulierū viſitatione, & cōuerſatione multa ſcā dala, & iniuſtitiæ ſequi poſſunt, quod ſummè per Iudices præcauendū eſt iux. illud quod legitur Eccle. 9. ibi:
63 *Non zeles mulierem ſinus tui, ne oſtendat ſuper te malitiam doctrinæ nequam, non des mulieri poteſtatem animæ tuæ: ne ingrediatur in virtute tua, & confundaris. Auerte ideò faciem tuam à muliere compta; & ne circunſpicias ſpeciem alienam, propter ſpeciem mulieris multi perierunt colloquium illius, quaſi ignis exardeſcit, nec accumbas cum ea ſuper cubitum, & non alterceris cū illa ne forte declinet cor tuum in illam, & ſanguine tua laberis in perditionem.*

64 Vnde quam graue ſit, vel odio, vel amicitia, vel metu, vel munere, vel quolibet modo iudiciū peruertere, nedum, ex prædictis apparet. Verum, & Diuus Auguſtinus teſtatur dicens. Quicunque aut conſanguinitate, aut amicitia, ſeu hoſtili odio, vel inimicitijs in iudicando ducitur, peruertit iudicium Chriſti, qui eſt iuſtitia, & fructum illius vertit in damnationis amaritudinem. Quare obſecro ipſos Iudices, vt amiſsis, odio, amore, metu, & munera, ſumma æquitate, ac rectitudi-
65 ne, iudicent. Et vbi intra modum pauperibus, pupillis, & viduis, fauere poſſint illos in caſu licito ſuccurrant. Nā licet Deus ſtrictè iubeat in iudicijs diſtinctionem perſonarum non eſſe faciendam, tamen multoties, querelatur cur Iudices, non præbent debitum auxilium, pauperibus, peregrinis, pupillis, & viduis, qui facilius à potentibus opprimuntur vt legitur Eccleſ. cap. 4.

66 Denique cū Regij Senatores Principi conſulere debeant, vt dicit Salycet. in l. fin. in 1. notab. C. de pact. cap. fin. de dilatio. & vbi de grauibus, tanquam leuibus, vel, è contra conſulunt tenentur de conſilio ſecundum Auil. in cap. Prætor. in prohem. verb. Acordado, num. 12. fol. mihi 13. & maximè quando conſilium eſt malum: quia tūc Deus conuertit illud ſuper conſulentes. Heſter. 14. quia conſilium prauo-

tum

67 rum dominus diſsipat Thobi. 5. Ideò ipſi Regij Conſiliarij, licet prudentiſsimi ſint verum prudentiæ ſuæ initari non debent, vt dicit Diuus Auguſtin. lib. 14. capit. 13. de Ciuitat. Dei: quia legitur Sapien. 9. *Cogitationes mortalium timidæ, & incertæ prouidentiæ noſtræ.* Et propterea in omnibus actibus ſuis, præcipuè arduis, & ponderoſis, vt rectum, & iuſtum conſilium tribuere valeant, illud à Deo perquirere, & implorare ſumma cum humilitate debent iux. illud Prouerb. 2. *Habe fiduciam in domino ex toto corde tuo, & ne initiaris prudentiæ tuæ: in omnibus vijs tuis cogita illum, & ipſe diriget greſſus tuos,* & Pſalm. 54. *Iacta cogitatum tuum in domino, & ipſe te enutriet,* & Pſa. 31. *Delectare in domino, & dabit tibi petitiones cordis tui, Reuela domino viam tuam, & ſpera in eo, & ipſe faciet, & deducet quaſi lumen iuſtitiã tuã, & iuditium tuum, tanquam meridiem: quia Deus admirabilis conſiliarius eſt.* Eſayas. cap. 9.

68 Quare dicti Regij Senatores, vt à viſitationum moleſtijs liberentur depræcamur quatenus in eorum officijs, maturo conſilio, & prudentia, vt ſolẽt,

49 procedant, animaduertantque, quid ſit actum, cuiquam tempori, quid debeãt, vbi, quandiu, qualiter, & quando, & ad omnia, quæ ad eorum officia ſpectant ſolicitè debitum reddant, quia debito

69 res iuſtitiæ ſunt, adeò quod pro iuſtitia adminiſtranda omni tempore domorum portas, & aulas apertas tenere debent, vt bene probat Bouadil. plures referens, lib. 3. capit. 14. per totum, & apud nos probatur in conſtitut. 5. Regis Philippi incip. Per donar bon orde, titulo de Reſidẽcia, y abſencia dels Doctors de la Audiencia, y Conſell Real. pagin. 84. In ipſorumque Audientijs debent eſſe patientes, & manſueti, benignèque, & æqua lance litigãtes audire, ne ipſi à petenda iuſtitia deterreantur ad text. in l. obſeruandum, ff. de offic. proconſul. l. nec quicquam, §. vbi decretum, ff. eod. Simanc. de Republic. lib. 5. capit. 9. & lib. 6. capit. 1. num. 9. & ſequent. Azeued. lib. 3. recopilation. tit. 9. l. 1. numer. 17. in fine verb. Manios, Theſaur. in additio. in prohem. deciſ. num. 14. vbi ait, quod in hac pacientia Iudicis optima pars iuſtitiæ conſiſtit, ac ideo vbi Iudices partes audire noluerint, ex eo viſitari, & ſyndicari poſſent. Secũdum Bal. in rub. C. de pen. iudic. qui mal. iudic. & Aui. in c. Prætor. c. 2. verb. En iuſticia, num. 12. fol. 77. Et quia cum ſapientiſsimis, & doctiſsimis loquimur, hæc dicta ſufficiunt.

CAPVT

CAPVT XI.

DE REGIO THESAVRARIO, ET REGENTE REGIAM Theſaurariam.

SVMMARIVM.

1 THeſaurarius regius, regensq; Regiam Theſaurariam in Cathaloniæ inter Regios Conſiliarios connumeratur magnamque habet authoritatem, & præeminentiam.

2 Theſaurarij officium, & eius præcepta referuntur ibidem. num. 3. 4. & 5.

6 Theſaurarij non poſſunt pecuniam Regiam priuatis neceſsitatibus opplicare, nec in alios vſus etiã publicos cõuertere, nec mutuare.

7 Theſaurarij tenentur pecuniam publicã ſemper habere promptã, & paratã adeò, quod non poſſunt ea vti, nec alijs concedere, quod procedit etiã in modica quantitate.

8 Theſaurarij, & alij publicæ peccuniæ exactores nõ poſſunt, vbi aurum receperunt illud in maſſam conuertere nec monetam recipientes, in aliam ſpeciem mutare, nec lucrum ex tali conuerſione cum conſcientia retinere, cum illud fiſco reddere teneantur.

9 Theſaurarij gratis, & abſque vllo ſalario tenentur facere, & expediri albarana pro liberandis carceratis detentis in Regijs carceribus ad inſtantiam Conſiliariorum, Deputatorum, Conſulum maris, aut Alcaldorum, aut per ſcripturam tertij.

10 Theſaurarius Regius Principatus Cathaloniæ, & ſeu Regens Regiam Theſaucarium pro requirendis reis ad manuleutam detẽtis, quid obſeruare debeant, antequam executionem contra illos ipſorumque fideiuſſores fieri valeant.

11 Theſaurarius tenetur de receptis, et adminiſtratis Magiſtro Rationali rationẽ reddere, & in viſita de culpis ſuorũ miniſtrorũ onerari poterit cum pro illis rationem reddere teneatur.

---

1 OFFICIVM Regij Theſaurarij, ſeu Regentis Regiã Theſaurariam in Cathalonia maximã habet auctoritatem: quia a domino Regio eligitur, & creatur, & inter Regios Conſiliarios connumeratur, interuenitque in omnibus conferẽdis, & in conſilijs

patrimonialibus, ad ipſumque pertinet, & ſpectat patrimonium regale, iura, & regalias domini Regis bene, & vtiliter procurare, augmentare, defendere, & tueri adeo, quod ſine eius cõſenſu non licet dare, nec concedere, remiſſiones guidatica in perſonis, cõceſſiones imponendi, & colligendi iſſas, ſiue impoſitiones, amortizandi licentias, ſeu alias quaſuis gratias, & priuilegia cuiuſcunque naturæ exiſtant, & ſub quouis nomine titulo atque forma conceptæ extitetint, niſi prius per eundem fuerint ad plenum viſæ, & recognitæ, ac eius manu propria ſubſcriptæ: pro vt latius prædicta continentur in regia pragmatica Regis Alfonſi IIII. Dat Valentiæ 30. Ianuarij 1426. in 2. vol. conſtitu. ſub tit. de offici de Theſorer pagin. 47.

2 Ad eius quoque officium pertinet habere curam exactionis, & conſeruationis omnium regiorum introitum, & peccuniarum, vt not. Bellug. in Spec. Princip. Rub. 6. & ibi Borrell. ſub littera I. Pereg. de iure fiſci lib. 6. tit. 3. numer. 1. & 2. Maſtril. in tractat. de Magiſtra. lib. 5. cap. 9. num. 89. & 90. Vbi quod Primipili appellãtur, quaſi primi inter adminiſtratores regalis pecuniæ, antiquis vero tẽporib⁹ quæſtores Ærarij dicebãtur vt in l. 2. ff. de orig. iur. & ſub Imperatoribus Comites ſacrarum largitionum, de quo habentur tituli particulares in C. de Paſſ. Sacr. largit. li. 12. & ſimiles, & apud Caſſiad. lib. 6. var. Huius autem officij præcipua præcepta sũt quæ ſequũtur.

3 Primum namque talem adminiſtrationem ſuſcipientem oportet ſeruare Deo, Principibuſque ſuis manus mundas, & nullum contingere lucrum, neque maius, neque minus: ſed contentum eſſe ſolis, ſalarijs, & annonis ſibi à fiſco miniſtratis pro vt probat text. in §. oportet in Authent. de

4 mand. princip. Item, quod vigilanter fiſcalia tributa, vectigalia, & ad fiſcum pertinentia exigi, ſolicitè procuret; ſingulariter præcauens ne forte fiſcus detrimentum patiatur, & ei ſaluare, quæ propria ſunt requirat, vt inquit text. illc. Qui etſi ad Rectores Prouinciarum communis ſit, ad quæſtores, & Theſaurarios particulariter pertinet.

5 Tenetur etiam Theſaurarij, a ſingulis debitoribus fiſci minutas etiam pecunias exigere, & ſcripturam ſuſceptorum claram facere, & de ſolutis in eorum libris ſcribere per quem, quãtum, pro qua re, & pro quibus annis ſub pœna amputationis manus, vt habetur in §. coges in Authen. de mand. Princip. & vbi plus exegerint, quàm debeatur duplum reddere compellun tur cap. vnico. §. illicitas de pace. iura. fit mand. quod parti plus ſoluenti debetur ex doctrina Salicet. in l. 1. C. de modo mulctand. latè Pereg. de iure fiſci. lib. 4. tit. 8. num. 9.

6 Rurſus ipſis Theſaurarijs prohibitum eſt, pecuniam regiam priuatis neceſſitatibus applicare, vel in alios vſus etiam publicos conuertere, & mutuare iuxt. text. in l. 1. l. 3. & l. Iudices, C. de his, quæ ex public. collatione illata ſunt lib. 10. & ibi: Ioann. de Plat. l. fin. C. de locatio. fundo. patri. lib. 11. l. 2. C. de frumento vbi. Conſtantinop. l. præcipit vbi Ioan. de Plat. C. de canon. largit. lib. 10. l. hac lege, & ibid. Plat. C. de aquæduct. lib. 11. Anilesin capit. 45. Prætor. verb. Ni tomar, fol. mihi. 241. Maſtril. de Magiſtratib. lib. 5. cap. 9. numer. 101. Franciſ. March. deciſ. 202. Ripa in tractat. de remed. ad conſeru. vbert. numer. 17. In fine ſubdens, quod Theſaurarij, qui tenentur pecuniam publicam ſemper habere, promptam, & paratam, non poſſunt ea vti pro ſe vel alijs concedere, quæ procedunt etiam ſi agatur, de modica quantitate: quia vt voluerunt Bart. Angel. Roman. & Aretin. in l. ſi ſeruum

§. Præ-

§.Prætor.in fine,ff.de acquirend.hæred.Theſaurarius. etiã quid minimũ auferens de pecunia publica tenetur pœna ſtatuti plectentis furem publicæ pecuniæ,& hoc dicit ſingulare.Iaſ. in Authen.qui rem,C.de ſacroſanctis Eccleſ.Tiraquel.in tractat.de iudic.in rebus minim.

8 Præterea Theſaurarij, & alij publicæ pecuniæ exactores non poſſunt ſi aurum receperunt conuertere illud in maſſam, vel ſi receperunt monetã non poſſunt illam in aliam ſpeciem mutare: eſt text. in l. 1.C.de aur. public. per ſe. lib. 10. vbi Bar. not. ſubdens, quod omne lucrum percipiendum ex tali conuerſione debet eſſe publicum: nec poteſt exactor illud retinere cum conſcientia, ſequitur ibi: Ioann. de Plat. inferendo contra eos, qui ducatos receptos fuſili arte concoquunt, & in aliam conuertunt pecuniam,vel formam, dicit quod male faciunt,& contra iura, nec poſſunt ſalua conſcientia tale lucrum retinere, ſed fiſcus ab eis retinet, vbi mouetur, quia mihi reſtituendum eſt lucrum, quod alius fecit ex re mea, l. apud labeonem,ff.de præſcrip.verb. l. 1.& 2. C.de his,qui ex pub.ratio.lib.10.Rip. dict.titul. de remed.ad conſeru.vber. num.17.Franc. March. deciſ.201.nu. 3.Et quod Theſaurarius non poſsit aurum exactum conflare, nec in maſſam, aut in aliam monetæ ſpeciem redigere,ſed,quod lucrum facit ex hu iuſmodi commutatione teneatur illud omne fiſco reddere voluit. Fabia. de Monte. in tractat. de emp. & vendit. quæſt.5.princ.col.3. verb. ſolutio, vbi,quod in foro conſcientiæ obligãtur Officiales, & in iudicio cogi poſſunt reſtituere Feſtas. in tract. de collect.part.3.quæſt.4.num.30.& ſequẽt. vbi latè agit de hac re. Plura alia in hoc materia vide infra in cap.22. nu.

9 37. 38. & 39. in ſuper tenentur Regij Theſaurarij gratis, & abſque vllo ſalario facere,& expediri albarana, pro liberandis carceratis,qui fuerunt capti, & detenti ad inſtantiam Conſiliariorum Deputatorum, Conſulum Maris, aut Alcaldorum, aut per ſcripturam tertij iux.conſi.Regis Ferdin.Secundi, incip. Mes auant, ſub tit.de offici de Theſorer.pag.105.

10 Demùm tenentur antequam procedere valeant ad exequutionem pœnarum manuleutarum contra reos, & illorum fideiuſſores, qui ſub manuleuta à carceribus fuerunt ex carcerati mittere eiſdem litteras manu propria ſubſcriptas, quibus certiorentur, quod: niſi infra decem dies computandos,à die præſentationis dictarum litterarum, reum illum præſentauerint, nec ſoluerint pœnam in manuleuta per eos præſtita contentam fietet tunc exequutio pro exactione dictæ pœnæ contra illos,quam antea niſi hac diligentia, & interpellatione præcedente fieri nequeunt, & pro iſtis litteriscõtinuandis, & de illarum præſentatione debent habere in Regia Theſauraria librum ad hunc effectum deſtinatum iuxt.conſt.54. curiarum anni. 1599.

11 Denique tenentur de geſtis, receptis, & adminiſtratis, reddere compotum, & rationem fideliter,& bene coram Magiſtro Rationali domus Regiæ ſuæ Maieſtatis in præſenti Ciuitate Barcinone reſidenti, vt not. Oliba de iure fiſci.cap. 4. num.52.pagin. mihi.90. & nihilominus debent ſtare ſyndicatui iuxt. cap. 5. curiæ dictarum curiarum anni 1599. Vbi de culpis ſuorũ miniſtrorum tenentur reddere rationem ex text. in l. exactores, C. de ſuſcep. lib. 10. ſed hoc in ſubſidium,vt probat text. in l. 2.eod. titul. & probat in terminis Franc. de Ponte in tractat. de poteſt. Proreg. tit.4. de regal. impoſition.§.8. numer.20.

CAPVT XII.

DE FISCI ADVOCATIS SVISQVE FISCALIBVS Procuratoribus.

SVMMARIVM.

1 REX sicut in causis fiscalibus suos Iudices proprios habet, ita quoque Aduocatos, & procuratores peculiares habet, qui ab eo nominantur, & creantur.

2 Aduocatus fiscalis dignitatem habere dicitur, et inter clarissimos connumeratur, tituloque spectabili decoratur, & togatus incedit sicut ceteri Regij Cõsiliarij.

3 Procuratores fiscales officium nobile habere dicuntur.

4 Coquus Principis nobilis dicitur, & dignitatem habere.

5 Procuratores Curiarum Regum, Principum, Episcoporum, & aliorum virorum Illustrium, honorabile officium, & non vile dicuntur habere, quia in talibus curijs personæ viles, & infames ingredi, nec postulare possunt.

6 Aduocati, & Procuratores Fiscales in Cathaloniæ Regia visitationi sunt obnoxij.

7 Aduocatus fisci tenetur iura regalia, & Regiam iurisdictionem tueri, & defendere.

8 Fiscus succumbens propter imperitiam sui aduocati, vel illius negligentiam tenetur aduocatus resarcire omne damnum fisco sequutum.

9 Aduocatus qui propter negligentiam, vel imperitiam amittit causam iustam sui clientali tenetur illi ad interesse, & quoq; mortaliter peccat, quod declara vt numer. 10.

11 Aduocatus fisci tenetur interuenire in omnibus causis Fiscalibus in quibus de interesse fisci agitur, aliter sine eius præsentia non potest aliqui expediri.

12 Quod & de iure municipali Cathaloniæ procedit, & vbi interuenire requiret in visita syndicari posset, vt num. 13.

14 Aduocatus fisci diligenter, & solicite debet cõmoda fisci prosequi.

15 Aduocatus Fiscalis non debet calumniosas actiones instituere alioquin de suo in expensis condemnari debet.

Amplia

16 *Amplia vt idem procedat in Cathalonia vbi ſi malicioſè appellauerit, vel ſupplicauerit eſt in expenſis de proprijs bonis condemnandus, & in viſita de tali iniuſta appellatione, vel ſupplicatione poterit ſyndicari.*

17 *Aduocati, & procuratores Fiſcales mouentes litem, ſeu cauſam ſuper iuriſdictione, vel alia proprietate, quæ dicatur ad dominum Regem pertinere, non ſeruata forma conſtitutionis 5. titulo de Aduocats, y Procuradors Fiſcals in viſita ſyndicari poſſunt.*

18 *Aduocati, & Procuratores Fiſcales huius Principatus tenentur quolibet quadrimeſtre relationem facere in conſiſtorio Deputatorum de omnibus latronibus in Cathalonia repertis, & latrocinijs per eos commiſſis tempore relationis, vt Deputati pro illis capiendis præmia promittere valeant.*

19 *Aduocatus Fiſcalis non poteſt eſſe Iudex in cauſis fiſcalibus, & aſſignatur ratio numer. 20.*

21 *Aduocati Fiſcales curiarum Regiarum Cathaloniæ, & Committatuum Roſsilionis, & Ceritaniæ non poſſunt pro reis captis poſtulare, nec vltra ſolitum ſalarium exculenta, & proculenta ſub pœna priuationis officij recipere; pro quibus obſeruandi tenentur præſtare Sacramentum, & homagium, & ſententiam excommunicationis audire ſub pœna amiſsionis ſalarij vbi in his fuerint in mora.*

22 *Procuratores Fiſcales, & illorum locatenentes quarumcunque curiarum, per vim, corruptionem, aut aliàs aliquid indebite exigentes in duplum in ſyndicatu reſtituere compelluntur.*

23 *Procuratores fiſcales librum deferre debent, in quo res furatas, per fures, & latrones carceratos deſcribere valeant.*

24 *Procuratores fiſcales curiarum Cathaloniæ, & Roſsilionis, & Ceritaniæ in cauſis criminalibus tenentur infra dies ſex per Iudices eis aſsignandos offerre libellum, ſeu petitionem contra reos delatos ſub pœna priuationis officij in quam incurrunt etiam Aduocati Fiſcales vbi in ordinando ipſum libellum negligentes fuerint.*

25 *Locumtenentes Procuratorum Fiſcalium non poſſunt vti iuriſdictione aliqua, nec executiones facere. Quinimò eas coram vicarijs, & alijs iudicibus ordinarijs petere debent, & de his obſeruandis ſecuritatem in introhitu officij præſtare tenentur alioquin per Iudices tabulæ arbitrarie puniri poſſunt.*

26 *Baiulus generalis in Cathalonia eſt maior procurator fiſcalis pro domino Rege. Secundum Mier. qui ſentit reliquos procuratores*

fiscales esse dumtaxat Locumtenentes.

27 *Procuratoribus fiscalibus in Cathalonia prohibitum est inquirere, & capturare, nisi in crimine flagranti, vel vbi delatus esset suspectus de fuga. sub pœna priuationis officij.*



1 SICVT Dominus Rex, ex sua particulari prærogatiua in suis causis Fiscalibus habet suos Iudices proprios, vt toto titulo C. vbi causæ Fiscal. ita quoque habet Aduocatos, & Procuratores peculiares, qui per eum nominantur, & creantur, vt not. Afflict. decis. 366. Restau. de Imperat. quæst. 510. casu. 247. Cabedo decis. 118. in 4. p. 1. Mastril. de Magistr. lib. 5. c. 8. nu. 65. Pereg. de iure fisci. lib. 7. tit. 2. nu. 5. Qui licet respectu eorum officiorum dignitatem habere dicantur, atque inter clarissimos numerentur, vt voluit Luc. de Pen. in l. 1. C. de dignita. lib. 12. Peregradiet. tit. 2. num. 15. nec non, & titulo spectabili condecorentur iuxt. text. in l. in Sacris. §. modũ ibi: *Nec pro tempore virum spectabilem fisci patronum.* C. de prox. sacr. scrin. lib. 12. & in Authent. de Iudicibus. §. vetus in fine ibi: *Capione viro spectabili, & fisci aduocato.* Coll. 6. Ideòque incedunt togati sicut cæteri consiliarij Regij, & sedent coram Principe iux. tex. in l. laudabile. C. de aduocat. diuers. iud. Multaq; habeant priuilegia, de quibus per Ioan. Garciam de nobilit. glos. 3. in prin. & glos. 35. num. 41. Pereg. in loco proxime citato; nihilominus tam ipsi, quam 3 Regij Procuratores Fiscales Regiæ Audientiæ, quorum officium etiã nobile est, etsi procuratorum secundum regulam vile sit munus, vt in l. si quis procurationem, C. de Decurio. lib. 10. §. fin. inst. de exceptio. Nam ex quo a Principe constituti sunt, dicitur officium procuratoris nobile habere, vt resoluit Rebuff. in const. Reg. Galliæ tract. de sentent. execut. glo. 15. num. 5. pag. 422. Boer. decis. 222. Iaf. in rub. C. de Procura. Paz. in pract. annota. 4. de Procurator. n. 45. Pereg. d. tit. 2. nu. 15. prope finem, Borgo. Caual. decis. 41. n. 4 32. Vbi post Romanum, & alios dicit, quod etiam Coquus Principis dicitur, 5 nobilis, & habere dignitatem. Quinimò, & Procuratores in curijs Principum, Reguum, Episcoporum, & personarum Illustrium procurantes dicuntur quoque habere honorem, & officium honorabile, & non vile exercere, quia in talibus curijs, non possunt personæ infames, & viles ingredi, & postulare, notant plures relati per eundem Caual. dicta decis. 41. n. 30. 31. & 6 32. Omnes ideò fisci Aduocati, & Procuratores Fiscales, nec non etiam illorum Locatenentes vsque Dominus Rex in sæpe allegato cap. 5. cur. anni 1599. quod teneãtur stare iyndicatui, & Regiæ visitationi, in qua inter alia de intrascriptis visitari, & iyndicari possunt.

7 Primũ namq. fisci Aduocati tenentur iura regalia, ac Regiã iurisdictionẽ defendere, & tueri, vt not. Calicius pract. nostet in marga. fisci in prin. n. 3. & 4. Franc. Alsar. de iure fisci glo. 11. Mastril. de Magistrat. lib. 5. cap. 8. nu. 83. Subtiliterq; pro defentione iurium Regalium tenẽtur etiam rationes pro parte fisci facientes inducere, & allegare, pro vt sic induxit Calphurnius Aduo-

Aduocatus Antonini Imperatoris, in l. Proxime, ff. de his, quæ in teſtam. de lentur: etenim vbi fiſcus ſucumberit propter imperitiam ſui Aduocati, vel illius negligentiam tenebitur ille reſarcire omne detrimẽtum, & damnũ, quod pro eius vitio fiſco ingeritur iux. tex. in l. fin. C. de bon. vacant. lib. 10. & not. in terminis Calic. dict. loco num. 8. & confert, quod tradit Paz. in ſua Pract. 5. annotatione. de Aduocato numer. 43. vbi ex Syluestro in ſumma verbo. Aduocatus quæſt. 14. & Nauar. in manuali cap. 25. num. 29. & alijs refert, quod Aduocatus qui propter negligentiam, vel imperitiam amittit cauſam iuſtam ſui clientuli tenetur illi ad intereſſe, & quoq. mortaliter peccat, quod intelligit eſſe verũ, quando Aduocatus iactabat ſe peritũ, cum non eſſet, & Clientulus ignorabat eius imperitiam: ſecus tamen eſſet, ſi Cliẽtulus eam cognoſcebat: nam hoc caſu aduocatus non tenetur: niſi tantum ex dolo, & lata culpa, vt ibi per eum.

Secundo Fiſci Patroni tenentur interuenire in omnibus cauſis fiſcalibus, in quibus agitur de intereſſe fiſci, aliter autem ſine eius præſentia nõ poteſt aliquid expediri iux. tex. in l. fi. C. de Aduoc. fiſci, l. 2. C. Si aduer. fiſcũ l. non intelligitur. §. diuus, l. Si fiſcus, ff. de Iur. fiſci. not. Ioan Garcia de nobilita. glo. 3. in prin. num. 12. & 13. Cabedo. decis. 119. num 5. par. 2. vbi ampliat, etiam ſi fiſcus aſſiſtat Pereg. de iur. fiſci lib. 7. tit. 2. num. 2. Calicius in marga. fiſci in princip. numer. 4. vbi ſubdit, quod fiſci Aduocatus debet aſſiſtere in conſilio ad effectum, quod ſi videt commoda fiſcalia occultari, vel lædi, vel etiam priuatas perſonas lædi, vel oprimi, vel iuſtitiam ſubuerti, votantibus expreſſe contradicat, & ne ſub ſilentio pertranſeat, dicendo nolo aliquid dicere, vel vetare, quia vbi non contradixerit in peccato vo-

tantium inuolueretur. Ac ideo apud nos extat conſtitutio Regis Martini 7. incip. per tolre vexations titul. de Appellations. pag. 408. in qua ſtatutum eſt, quod fiſci Aduocatus ſit in conſilio, & ſuum votum proferat in illo, id ipſum eſt diſpoſitum in conſt. 12. Regis Philip. incip. Com per la bona, in fine titul. de la Electio dels Doctors de la Audiencia pag. 80. & in conſt. 15. cod. tit. pag. 81. In quibus dicitur, quod Aduocatus Fiſcalis poteſt, & tenetur intereſſe in qualibet Aula Regiæ Audientiæ, & interuenire in omnibus cauſis criminalibus, in quibus vbi renuerit inſtantiam facere, contra aliquem delatum, quando iam adeſt partis inſtantia contra illum, ſuper ipſa recuſatione, tenetur ſtare de liberationi Regij conſilij, iux. conſtit. 8. Regis Ferdin. 2. incip. Si per lo Aduocat Fiſcal tit. de Aduocats y Procuradors fiſcals pagi. 109. Qua de cauſa, vbi fiſci Aduocatus ſuper his, & obſeruantia dictarum conſtitutionum fuerit negligens, in negligentia diſoluta, quæ dolo proxima comparatur, vtique ex eo viſitari potuerit, ſiquidẽ fiſci Aduocatus diligenter, & ſolicite debet commoda fiſci proſequi, vt in l. penult. C. de Aduoca. fiſci. Calici in marga. fiſci in principio numer. 3. Peregrin. dict. lib. 7. tit. 2. num. 7. de iure fiſci.

Tertio taliter fiſci Aduocatus ſolicitus eſſe debet, ne commoda fiſcalia occultentur, quod non ex eo debet calumnioſas actiones inſtituere: ne inde iniuriarum naſcatur occaſio, vnde iura naſcuntur, l. Meminerint, C. Vnde vi. & ideo plurimum ſibi cauere oportet, ne vitio ſui, fiſcus detrimentum aliquod patiatur, l. fin. C. de bon. vacant. lib. 10. alioquin, ſi calumnioſam inſtituerit litem, mereretur in expenſis de ſuo proprio condẽnari, ad tex. in l. Succuritur, ff. de Excuſat. tuto. & per Ioan. Fabr. in l. non eſt, C. In quibus

bus caus. tut. habent. & in terminis tradit, Boer. decis. 324. Gram. decis. 60. num. 21. Alfar. de iure fisci glos. 9. nu. 39. & in Cathalonia optimè probat supradicta allegata Consti. 7. Regis Martini in suo decreto pag. 408. vbi
16 habetur, quod si Fiscus constiterit maliciose appellare, vel supplicare, in expensis de proprijs bonis debet condēnari, & vbi in ære non haberet, debet lui in corpore, alia æquiualenti pœna arbitrio ius dicentis, & sic constat fisci Aduocatum visitari posse delite iniusta, ac etiam de supplicatione seu appellatione in casu non permisso, & iniusto interposita.

17 Quarto fisci Aduocati, nec non, & Procuratores fiscales instituentes, & mouentes litem, seu causam contra aliquem super iurisdictione, vel alia proprietate, quæ dicatur ad dominū Regem pertinere, absq. eo, quod prius videant bene, & diligenter probationes, & consilium duorum, solemnium Doctorum, Iurisperitorum in scriptis habeant, possunt ex eo in visita super prædictis querelari, etenim iuxt. constitu. 5. incip. per repos. tit. de Aduocats, y Procuradors fiscals pag. 108. prohibitum est dictis fisci Aduocatis, & Procuratoribus, similes lites instituere: nisi prius visis dictis probationib⁹, & illis bene recognitis, ac habito dicto consilio sub dicta forma, pro quibus obseruandis in principio, seu introitu eorum officiorum obnoxij sunt præstare sacramentum, & homagium vt in dicta constitutione refertur, & sic vbi contrauenerint de violatione dictæ constitutionis, & iuramenti, vtiq. visitari, & syndicari possunt.

18 Quinto tenentur etiam Aduocati, & Procuratores Fiscales Regiæ Audiētiæ, & Committatuum Rossilionis & Ceritaniæ de quatuor mensibus in quatuor menses, & sic quolibet quadrimestri, per se aut aliam personam fide dignam cum memoriali authentico, referre, & relationem facere in consistorio Deputatorum Cathaloniæ de omnibus latronibus, qui tempore dictæ relationis reperiuntur tunc in Cathalonia, & de latrocinijs per eos commissis, & perpetratis, simul cum plenaria informatione dictorum latrociniorum, & designatione nominum, & cognominum dictorum latronum ad effectum. Vt dicti Deputati iuxta illorum qualitatē, & delicto ctorum atrocitatem, publicari valeāt præconia, promittentes in illis præmia in fauorem illorum, qui dictos latrones capturauerint, & illos captos ad Regios carceres Barcinonæ duxerint, vt latius habetur in Constitu. 4. incip. Son estats tants los accessos tit. de furts y latrocinis pag. 467.

19 Sexto Aduocatus fiscalis, nequit esse Iudex, in causis fiscalibus, seu patrimonialibus, vt habetur in Const. 9. incip. Statuim dict. tit. de Aduocats, y Procuradors Fiscals pag. 109. & iustè qui-
20 dem, quia Iudex, & Aduocatus in eadem causa, quis esse non potest l. Si quis, C. de Post. Auil. in cap. 3. prætorum in verbo. Abogados num. 1. & 3. fol. mihi 85.

21 Septimo Aduocatis fiscalib⁹ curiarum regiarum, totius Principatus Cathaloniæ, nec non, & Committatuum Rossilionis, & Ceritaniæ prohibitum est patrocinari, in fauorem reorum nec aliarum personarum, quæ fuerint captæ, aut arrestatæ, & similiter extra eorum solitum salarium est eis prohibitum sub pœna priuationis officij, recipere esculenta seu poculenta, nec alia salaria, pro quibus obseruandis tenentur præstare in initio cuiuslibet triennij in mense scilicet Ianuarij, sacramentum, & homagiū, & sententiā excommunicationis audire, aliter autem vbi in præstatione dicti sacramenti, & auditionis excommunicationis sententiæ, retardauerint, & solito suo tempore non præstiterint,

nec

nec audierint eam, in pœnam amiſſionis ſalarij pro illo tempore, quo in dicta negligẽtia, ſeu mora reperti fuerint, incurrunt iuxt. Conſt. 10. incip. Statuim, y ordenam dict. tit. de offici de Aduocats, y Procuradors fiſcals pag. 110.

22 Octauo Procuratores fiſcales, & illorum Locatenentes quarũcumq. curiarum, per vim, corruptionem, aut aliàs aliquid indebite exigentes, in duplum reſtituere in viſita compelli poſſunt, etiam per bonorum, & perſonarum diſtrictionem, & alia iuris remedia iux. Conſt. 2. incip. Part aço confirmants dicto titulo de Aduocats y Procuradors Fiſcals pag. 108. & ibi Mier. p. 1. cap. 18. coll. 6. fol. mihi 176.

23 Nono tenentur dicti Procuratores fiſcales, deferre, & habere librum in quo deſcribant raupas, aurum, argentum, pecunias, & alias res, inuentas, & repertas apud Carceratos quæ dicerentur fuiſſe per eos furatas iux. Conſtitut. 1. titu. de Furts y latrocinis pag. 467.

24 Decimo tenentur etiam Procuratores fiſcales curiarum gubernationum Cathaloniæ, & Roſſilionis, & Ceritaniæ, & aliorum inferiorum Iudicum in cauſis criminalibus ſub pœna priuationis officij, infra ſex dies ipſis per Iudices aſſignandos, offerre libellum, ſeu petitionem contra delatos, in qua pœna incidit etiam Aduocatus fiſcalis dictarum curiarum, vbi negligens, & moroſus fuerit in ordinando ipſum libellum iux. Conſt. 3. incip. Lo Procurador fiſcal. dict. titu. de Aduocats y Procuradors Fiſcals pag. 108. & ibi Mier. part. 2. cap. 16. coll. fol. mihi 100. & ibi cap. 17. multa cumulat de officio procuratoris fiſcalis, & quæ eidem fieri prohibentur.

25 Denique Locatenentes Procuratorum fiſcalium tenentur quotieſcunq. exercuerint aliquam iuriſdictionem, vel executionem fecerint, etenim eiſdem prohibitum eſt vti iuriſdictione, & executiones facere, quas coram Vicarijs, & alijs, Iudicibus ordinarijs petere debent, & de his obſeruandis tenentur, in introitu officij, præſtare ſecuritatem, aliter autem vbi contrafecerint per inquiſitores Tabulæ arbitrarie puniri poſſent, iux. Conſtu. 1. incip. Statuim dict. tit. de Aduocats y Procuradors Fiſcals pag. 108. & ibi Mier. part. 1. cap. 8. coll. 5. num. 1. fol.

26 mihi 110. vbi ſubdit, quod in Cathalõnia omnes Procuratores Fiſcales, ſuo videri ſunt Locatenentes præter Baiulum Generalẽ Cathaloniæ, qui eſt maior fiſcalis pro Sereniſſimo Domino Rege vt ibi per eum.

Ideoque iure prohibetur iſtis curiarum fiſci procuratoribus, & eorum Locatenentibus iuriſdictione vti vt in Conſtit. 1. & 4. incip. Als Procuradors dict. tit. de Aduocats Fiſcals

27 pag. 108. Vbi ipſis Procuratoribus fiſcalibus prohibitum eſt inquirere, & ad capturam contra aliquem procedere ſub pœna priuationis officij, niſi cum conſilio Aduocati fiſcalis de quo conſtare debet per ſcripturam manu propriã illius, vel vbi delatus eſſet ſuſpectus de fuga, vel in crimine fragranti repertus, & ibi hoc not. late Mier. par. 2. cap. 17. coll. 9. fol mihi 100.

Quod ſecus eſt in Baiulo Generali qui iuriſdictione vtitur, vt diximus in cap. 15.

Cap;

CAPVT XIII.

DE GERENTE VICES GENERALIS GVBERNATORIS CATHALONIÆ.

SVMMARIVM.

1 MAGISTRATVS vices gerentis generalis Gubernatoris Cathaloniæ est maximæ auctoritatis, quia absente domino Rege, & illius locumtenente est caput totius Principatus, & decoratur titulo spectabili.

2 Gerens vices generalis Gubernatoris Cathaloniæ vna cum gerente vices generalis Gubernatoris Committatuum Rosilionis, & Ceritaniæ subjiciuntur Regiæ visitationi.

3 Gerens vices generalis Gubernatoris tam Cathaloniæ, quam Committatuum Rosionis, & Ceritaniæ, & illorum Assessores visitari, & syndicari possunt de violatione legum, & Constitutionum, vt num. 6.

4 Gerentes vices Gubernatoris, Cathaloniæ, & Rosilionis, et Ceritaniæ ipsorumq. Assessores antequã eorum officijs vtantur iurare debent, se Constitutiones, capitula curiarum priuilegia, vsus, consuetudines Principatus obseruaturos, & assignatur ratio n. 5.

7 Exemplum Valencij legum conditoris singulare refertur super legum obseruatione.

8 Gerens vices generalis Gubernatoris aliquid recipiens à malefactoribus, & delinquentibus pro compositione parte læsa, non satisfacta in visita syndicari potest.

9 Compositio parte læsa non satisfacta fieri non potest, & num. 10.

11 Abolitio criminum fieri non potest parte accusatoris contradicente.

12 Compositio vt fieri possit consensus partis læsæ interuenire debet, adeò quod expressus, & euidens requiritur, nec tacitus sufficeret.

13 Compositio de delictis enormibus, vtpote de sacrilegijs, raptoribus virginum, violatoribus sepulcrorum, reis Magestatis patricidij, homicidij.

homicidij, & ſimilibus fieri non poteſt.

14 *Compoſitiones fieri non poſſunt in Cathalonia de latronibus, Graſſatoribus, incendiarijs, occiſſoribus pecudum, & deuaſtatoribus vinearum, & arborum, & aſſignatur ratio, num. 15.*

16 *Pœna corporalis à iure ſtatuta non poteſt in pecuniariam conuerti, quia Magiſtratus non poſſunt pœnas iuris differre, nec clementiores legibus eſſe.*

17 *Magiſtratus, qui negligunt delinquẽtes debita pœna puniri peiores ſunt ipſis delinquentibus.*

18 *Magiſtratus, delinquentes ad pecuniariæ pœnæ admittentes, non ſcelerum vindictam, ſed vt fiſcus peremptorum ſanguine impleatur quærere dicuntur.*

19 *Gerens vices generalis Gubernatoris poſt latam ſententiam non poteſt reum admittere ad compoſitionem, & traditur ratio num. 20. et 22. quod ampliatur etiam ſubſiſtente iuſta cauſa numer. 21. & quia aliquando contrarium factum fuit ideó in viſita fuit querelatus, & reprehenſus eiq. iniunctum ſub pœnà priuationis officij ne à cetero poſt ſententiam delicta componere, vt num. 23.*

24 *Gerens vices generalis Gubernatoris exiſtens extra Vicariam in qua crimen eſt commiſſum, non poteſt illius crimini facere remiſsionẽ niſi domino Rege abſente à Principatu.*

25 *Gerens vices generalis Gubernatoris non poteſt Vniuerſitates, nec illarum ſingulares ad componendũ, vel obtinendum remiſsiones de criminibus data aliqua quantitate compelli ſub pœna reſtitutionis dupli, quod inde receptum fuerit, & exercitij officij vbi aliqua concuſsione apparuerit.*

26 *Gerens vices Gubernatoris non poteſt remittere pœnas impoſitas contra ſponſalitia clandeſtina contrahentes, nec contra caupones ſtabularios, lenones, vagabundos, nec paſtores francigenas, nec eos, quĩ ad duellum, ſeu ſingulare certamen alium prouocauerint, aliter contra faciens ſuper prædictis viſitari, et ſyndicari poterit.*

27 *Gerens vices generalis Gubernatoris negligens in diſcurrendo Principatum ad effectum expellendi, ab eo delinquentes in viſita tenetur.*

28 *Guidatica AEgiptianis ſiue Bomiãs per Gerentem vices generalis Gubernatoris, & alia ſine ſcriptis, & abſq. expreſsione cauſæ conceſſa, ex huiuſmodi guidaticis ſyndicatur.*

29 *Gerens vices generalis Gubernatoris in caſibus in quibus reos ad compoſitionem admittere poteſt, ipſas compoſitiones cum conſilio ſui Aſſeſſoris facere tenetur alias*

in visita de illis syndicari poterit.

30 Gerens vices generalis Gubernatoris tenetur in syndicatu, vbi aliquem habilitauerit ab obtinendum, et regendum officia publica eo quia huiusmodi habilitationes ac honores solum ad Principem expectant.

31 Gerens vices generalis Gubernatoris visitari potest quando recedens à Vicaria secum duceret processus causarum illius, quia id sibi prohibitum est facere.

32 Gerens vices generalis Gubernatoris non potest sibi reseruare causas Ciuiles, vel Criminales alicuius Vicariæ, vel Baiuliæ, nec de illis ipso existente extra Vicariam, vel Baiuliam cognoscere aliter contrafaciens in syndicatu tenetur.

33 Gerens vices generalis Gubernatoris visitari, & syndicari poterit, vbi arrestatum pro processu regaliæ camini, & stratæ ab arresto liberauerit, quia similia facere non potest.

34 Gerens vices generalis Gubernatoris cognoscens de causis Criminalibus militum, & generosorum cum Proceribus Ciuitatuum in consulto domino Regemaximè vbi illorum delicta sunt grauia in visita syndicari potest.

35 Gerens vices generalis Gubernatoris recedens à Principatu Locumtenentem subrogare tenetur, & in visita de illius culpis rationem reddere est obnoxius idemque procedit in Locumtenente Assessoris per eum electi, & nominati in casu absentiæ, aut impedimenti Assessoris ordinarij, vt nu. 36.

37 Assessores Gubernatoris Cathaloniæ, & Committatuum Rossilionis, & Ceritaniæ de contrafactione, & violatione legum, Constitutionum Cathaloniæ, vtique syndicari possunt.

38 Assessores tenentur in visita, si Gubernatorem, seu gerentes vices generalis Gubernatoris per Cathaloniæ Principatum non sequuntur. Quem sequi debent, & officium personaliter seruire, & non per substitutum nisi in casu iustæ absentiæ, aut infirmitatis ipsorum, vxorum, & filiorum suorum.

39 Assessores Gubernatoris visitari possunt quoties cunq. absente Gubernatore, seu gerente vices generalis Gubernatoris aliquos actus iurisdictionis exercerent, & assignatur ratio num. 40.

1 ERENS vices generalis Gubernatoris in Cathalonia est Magistratus summæ auctoritatis, qui absente domino Rege, & illius Locumtenente, est caput totius Principatus, & decoratur titulo spectabili cuius officiũ potestas, & iurisdictio late describitur per Michaelem Ferrer
2 in suis obseruan. tit. de Guber. gener. p. 1. per tot. iste Magistratus subijcitur Regiæ visitationi iux. c. 5. curiarũ anni 1599. simul cũ gerente vices Gubernatoris, Cõmittatuũ Rosilionis, & Ceritaniæ, in qua inter alia de infrascriptis visitari, & syndicari poterunt.
3 Primum de inobseruantia, & violatione legũ, & constitutionũ Cathaloniæ ad quarum obseruantiam præcisse tenentur, tã ipsi, quam illorum Assessores, & ipsorum Locatenentes: adeo, quod antequam eorum officijs vtantur debẽt iurare, quod obseruabũt Cõstitutiones Cathaloniæ, capitula curiarum, priuilegia, vsus, consuetudines, & alias libertates, cõcessas, Religiosis, Clericis, Diuitibus, siue richis hominib⁹, militibus, & hominibus villarũ Cathaloniç sub decreto nullitatis actorũ, vt probatur in Const. 1. incip. Statuim, & Cõst. 6. incip. La cõstitutio, & Const. 7. incip. com segõs titul. de offici de Gouernador pag. 100. et 102. & in const. 5. incip. encara tit. De obseruar constit. p. 45. not. Mier. p. 1. c. 20. fol. mihi 101. idẽ Mier. p. 2. c. 15. coll. 3. fol. 100. Michael Ferrer p. 1. c. 6. don Ludou. à Peguer. decis. crim. 39. n. 1.
4 Idq. optima ratione statutũ est, etenim omnes Magistratus etsi supremi sint, & maxima eũ auctoritate, & potestate cõstituti, nihilomin⁹ nõ ex suo arbitrio procedere, & iudicare possũt, sed secundũ leges, quarũ custodes, & peruigiles defensores esse debẽt: vt docuit D. Ambros. in Psal. B. immaculati ser. 20. dicẽs, *Bonus Iudex nihil ex suo arbitrio facit, & proposito domesticæ voluntatis, sed iuxta leges, & iura pronũciat, statutis iuris obtemperat, nõ indulget propriæ volũtati, nihil præparatũ, & meditatũ de domo defert, sed sicut audit ita iudicat, & sicut se habet natura decernit, obsequitur legibus, non aduersatur, examinat causæ merita, nõ mutat, qui iudicat, volũtati suæ obtẽperare nõ debet, sed tenere, quod legũ est*, Hinc Solon in elogia inuehit. *Heu quãtas legũ violatio claudes, Iudices ministri legũ sunt, & executores secũdũ leges se iudicaturos iurãt, leges custodire debent tanquã pupillam oculi sui, ab eis se euelli nõ patiantur tametsi cælũ ruat*, Et ob id refert Simãcas de repub. lib. 4. c. 18. quod Athenis Nomophilaces erãt, qui apud præfectos in omnibus publicis cõsilijs, candidis faceis coronati assidebant, vt prohiberent, nequid cõtra receptas leges decerneretur idem Simanc. d. lib. 4. c. 17. n. 16. ait, *Iudex quidẽ, & Magistratus, qui affectu aliquo motus, aut sub styli, vel consuetudinis prætextu ius, & leges, non seruat, iniquus est, periurus, est, Tyranus est*, Hinc Plato in libr. de Regno inquit, *Qui spretis legibus alia imperitus rerum agit, is scelus, graue committit, & officia vitæ confundit, atque peruertit leges, ideo in Ciuitate dominari oportet, non*

Magiſtratus, quos potius pars eſt ipſis legibus obedire, ab illiſque ne tranſuerſum quidem vnguem diſcedere. Quia vt refert idem Plut. lib. 9. de legibus. *Neceſſe eſt leges hominibus ponere, vt ſecundum leges viuant, nam ſi abſque his viuerent, nihil á feris atrociſſimis diſcreparent.* Vnde Diuus Auguſtin. in Ioannem tract. 6. dicit. *Tolle iura imperatorum, & quis audet dicere mea eſt illa villa, aut meus eſt ille ſeruus, aut domus hæc mea eſt,* vnde Theodoricus Rex apud Caſsian. lib. 3. variarum ait, *iura publica ſunt humanæ vitæ ſolatia, infirmorum auxilia potentium fræna.* Hinc Greg. nonus in procedecret. refert. *Ideo lex proditur, vt appetitus noxius, ſub iuris regula limitetur.* Et Beat. Iſidor. lib. Etimol. inquit. *Factæ ſunt leges, vt earum metu humana coercetur audacia tutaque ſit inter improbos innocentia, & in ipſis improbis formidat ſupplicio, refrenetur nocendi facultas.*

6 Vnde cum leges adeo vtiles, & neceſſariæ ſint Reipublicæ, & ex illarum obſeruatione tot commoda ſubditis proueniant, merito iure cautum fuit, quod Gubernatores cœteriſque Magiſtratus, & Iudices ex dictarum legum, & conſtitutionum violatione viſitari, & ſyndicari potuiſſent, vt notat. Mieres part. 1. capit. 7. numer. 18. coll. 4. fol. 81. & capit. 20. numer. 3. fol. 101. Adeo enim iuſtiſsima eſt legum obſeruantia, quod etſi Reges legibus ſoluti ſint, nihilominus digna vox eſt, Maieſtate Regnantis legibus alligatum ſe Principem profiteri dicit rex. in l. digna vox, C. de legibus §. fin. inſt. qui b. mod. teſtam. inſtitu. capit. iuſtum. 9. diſtinctione. Hinc Cicero pro Cæci. inquit. *Ergo quantacunque ſit Principis poteſtas, ei fas, aut liberum eſſe non debet legem violare.* Et Auſon. in Pithaci. ſenten. dicit, *pareto legibus, quiſquis legem ſanxerit,* l. 1. & ibi DD. ff. de conſt. pecun. & in l. princeps legibus, ff. de legib. Tiber. Decian. primo tomo crimin. lib. 2. capit. 30. numer. 80. & ſequent. Vnde legimus Zaleucum Locrenſem legũ conditorem, qui poſtquam lege lata vtroque oculo ſingulos puniri voluiſſet adulteros (quæ hodie ſi vigeret infinitos redderet monoculos,) & eius filius in illam legem incidiſſet, ne legis effectus abrogaretur, vnum oculum ſibi, & alterum filio eruere iuſsit, ita debitum ſupplicij modum legi reddidit, æquitatis admirabile temperamentum, ſeque inter miſericordem, patrem, & iuſtum legis obſeruatorem partitus fuit. vt eſt apud Valer. Maxim. lib. 6. de iuſtitia. capit. 13. vbi etiam Charunda. Tyrius cum legem, quam iulerat nõ ſeruaſſet ſe interemit, quæ exempla licet non imponant neceſsitatem alijs ſimilia neceſſario facienda, præſertim cum conditor legis, ea nõ obligetur, vt in cap. mandaſti. 2. quæſt. 5. maxime vbi imponitur pœna corporalis, quam quis ſibi ipſi imponere nõ poteſt vulgat. l. liber homo la 1. ff. ad l. aquil. Hyppol. de Marſil. ſingul. 189. Iodocus Damhauderius in praxi crimin. cap. 88. per tot. verum de honeſtate referuntur, & vt vnuſquiſque

7 vide

videat, priſsis tẽporibus, quãta erat cura, & ſolicitudo circa legum obſeruationem, quibus accedit, quod legitur Sapien. 16. ibi, *Quoniam cum eſſetis miniſtri Regni illius, non recte iudicatis neque cuſtodiſtis legem iuſtitiæ, nec ſecundum voluntatem Dei ambulaſtis, horrende, & cito apparebit vobis, quoniam iudicium duriſsimum in his, qui præſunt fiet, exiguo etiam conceditur miſericordia, potentes autem, potenter tormenta patientur.* Quare Gubernatores, & cæteri Magiſtratus vigilantiſsime attendant (Si Deo, & Regi Placere cupiunt, & viſitationum moleſtijs repellere, & euitare deſiderant) quatenus in legum, & conſtitutionum obſeruatione, ſummi obſeruantes exiſtant iuramentumque pro illarum obſeruantia præſtitum fideliſsime obſeruent.

8 Secũdo viſitari, & ſyndicari etiam poſſunt, quotieſcunque ipſi Vicegerentes aliquid à Malefactoribus, & delinquentes receperint pro compoſitione, parte leſa non ſatisfacta, vt probatur, primum de iure communi in §. oportet in auth. vt Iudic. ſine quoquo ſuffragio, & in § illud in auth. vt licet ma. & Auiæ & not. Aymo. conſili. 14. numer. 6. Gramat. voto 35. numer. 8. & Hieronym. Lauren. deciſion. Auinio. 47. numer. 3. & per iura patriæ per Conſtitution. 5. incip. Nos è lo Primogenit noſtre, titulo de Injurias y danys donats pagin. 487. vbi

9 Dominus Rex dicit, quod ipſe, eiuſque Primogenitus, & omnes Officiales Regij ordinarij, & delegati cuiuſcunque præheminentiæ, ſeu ſtatus fuerit, tenentur obſeruare Conſtitutionem prohibentem aliquid recipi pro compoſitione criminoſi, donec parti leſæ fuerit ſatisfactum, pæna priuationis officij, & centum morabatinorum dictis Officialibus pro vice qualibet imminente, & not. ibi, Miere. part. 2. capit. 4. collat. 6. numer. 2. foli. mihi 16. dicens quod licet dicta Conſtitutio notabilis, & ſalubris ſit, verum male ſeruatur, & quia in beneficium partis leſæ condita eſt, ideo iuri, & rationi congruit vt obſeruetur, maximè, quando pars iniuriata, & leſa facit inſtantiam, nam

10 tali caſu, in eius præiudicium non poteſt fieri criminis remiſsio, niſi prius ſatisfacta ipſamet parte inſtante, vt ex Hoſtienſ. in ſumma. & alijs probant Mier. in dict. capit. 4. numer. 2. & Pariſi. de Puteo. in tractat. de ſyndicat. verbo Compoſitio, capit. 1. num. 6. & 7. capit. 4. numer. 1. & capit. 5. numer. 5. in fine, & capit. 9. num. 3. 4. & latæ Paul. Ghril. titul. de pen. compo. quæſt. 5. & 6. Proſper. Crauit. in ritu magnæ curiæ 273. numer. 1. 2. & 5. notat in terminis Cancer part. 2. cap. 11. num. 106. & 107. vbi alia iura patriæ refert, & facit tex. in l. fin. ff. ad tur

11 pil. vbi quod abolitio criminum fieri non poteſt parte accuſatoris contradicente, & ibi gloſ. in verbo euidenter

12 dicit, quod conſenſus partis debet eſſe expreſſus, & euidens, nec ſufficit tacitus.

13 Tertio ſimiliter viſitari potuerint quoties admitterent compoſitiones de delictis enormibus, quia de illis compoſitio admittenda non eſt, dixerunt Pariſ. de Puteo verbo compoſitio capit. 3. numer. 2. Fabian. à Monteleone, in praxi arbitra. 5. par. quæſtion. 3. in 2. ampliatione, qui propterea inferendo tradunt minime indulgendum eſſe, ſacrilegijs, raptoribus, virginum, violatoribus ſepulcrorum, reis Mageſtatis, patricidij, homicidij, & ſimilibus, qui hi, quod fecerunt ſemper expectant l. 3. C. de Epiſcop. Audien.

Et ita in grauibus delictis, culpa eſt relaxare vindictam cap. qui ſunt 26. diſtin. vnde diuinis documentis proditū eſt præceptum, Numeri cap. 35. *Non recipies prætium ab eo, qui reus ſanguinis eſt.* Hinc propter criminis magnitudinem veniam denegandam eſſe dicit tex.in cap.importuna.§.quod autem de pœnis diſt.1.idipſumque probatur in conſt.7.incip.Perque titul.de compoſitions pag. 520. quæ fuit prorogata in conſt.1.cur.anni.1599. Vbi prohibetur compoſitiones fieri de latronibus,graſſatoribus,incendiarijs,occiſſoribus pecudū, & deuaſtoribus vinearum,& arborum,& optima quidem ratione id ſtatutum eſt,etenim nulla maior victima Deo offerri poteſt,quam vt iniqui puniantur ſecundū Paul. Caſtr. in d.l.3.C.de Epiſcop.Aud.nam venia vni conceſſa alijs ad delinquēdum audaciam præbet, in graue totius Chriſtiani populi diſcrimen l.operis, C. de pœn.cap.quando de tranſactio. immo ignoſcendo malis,perduntur boni cap. eſt iniuſta.23.q 4. Et è contra vnius pœna multorū metus eſſe poteſt.l.1.C. ad l.Iul.repetund.l.capitalium.§ famoſos, ff.de pœnis compoſitioneſq; nulli dubium eſt,quod homines ad facilius delinquendum inducunt,tenet Caſſan.in conſuetud.Burg.cap. 45. nu.38. & pro delictis, non delinquentium facultates, ſed in eorum perſonas vltionem faciē dam eſſe dicit tex.in cap.cognouimus cum duobus ſeq.16.q.6. Pœnaq; a iure ſtatuta corporalis non poteſt in pecuniariam conuerti ſecundum Luca. de Pen.in l.1.C.de deſert.lib.12. Magiſtratus enim iuris pœnas differre non poſſunt l.ſeruos in fine. ff. de vi pub. nec clementiores legibus eſſe debent.§. oportet in auth.de iud. & vbi delinquētes debita pœna puniri negligūt peiores ſunt ipſis delinquentibus, dicit D. Auguſ.de verbis Domini ſer.16. Vnde

18 Magiſtratus delinquentes ad pecuniariæ pœna compoſitionem admittentes,non ſcelerum vindictam, ſed vt fiſcus peremptorum ſanguine impleatur quærere dicuntur, & nutriendo multam peſtilentiam augent,& licet id facere dicant,vt benignitate vtantur, & ne auſteriorem imponant pœnam; tamen cum huiuſmodi compoſitionibus non aliam:niſi pro pecuniario cōmodo ſtudeant adhibere medecinam, vt loquitur tex.in cap.1.diſt.81.hinc comedere dicuntur populi peccata. Secūdum Bernard.ſup.cantico.ſerm.77.& ideo de compoſitionibus in caſibus à iure non permiſsis factis,merito viſitari,& ſyndicari poterunt.

19 Quarto ex proxime dictis infertur, quod vbi Vicesgerentes Generalis Gubernatoris admitterent compoſitiones, poſt latam ſententiam ex eo viſitari poſſent, ſiquidem ſicut non licet pœnas in ſententia expreſſas amplius permutare,vt in l. moris.§. iſte fere. ff. de pœn.l.1.§.fin.ff.de quæſtio.l.1. §. fin autē,ff.ad turpil. Ghirlan. tit. de exēq. rei iudic.num.3.Couarruu. variar. reſolutio.lib.2.cap.9.numer.8.Iul. Clar. in pract.quæſt.85.verſic. vlterius quæro, ea ratione quia lata ſententia Iudex functus eſt tunc officio ſuo.l.Iudex poſtea quam, ff.de re iudic. cap. in litteris de officio deleg. ex eo inde poſt
21 latam ſententiam non poſſunt compo nere etiam nec ſubſiſtente iuſta cauſa ſecundum Pariſ. de Put. in tractat. de ſyndic.verb.Compoſitio,capit.1.num. 5.Ghirla.titul.de pœn.compo.quæſt.1. num.8.Fabian.à Monteleone in pract. arbitr.in 3.quæſtio. vltim.part.quintæ partis principalis num. 65. in 15. ampliat. Crauit. ſuper Rit. magnæ curiæ 272.nu. 10.& 11. Vbi,& aliam reddit rationem quia ſcilicet commutare vel remittere pænam poſt ſententiam ad ſolum Principē, & non ad aliū ſpectat,l.relegati in fine.ff.de pœn.l.1.§ fi. ff.de

ff. de Quæſtio. l. 1. C. de Legib. Et quia
23 aliquando id factum fuit per ipſos Vicesgerentes ideo in viſita fuerunt querelati, & grauiter reprehenſi, eiſque per Viſitatorem iniunctum fuit ne à cetero poſt ſententiam delicta cõponerent, quamuis id facerent de conſilio Aſſeſſoris ſub pæna priuationis officij vt videre eſt apud Michael Ferrer in ſuis obſer. p. 1. cap. 35. per tot.

24 Quinto exiſtens ipſe Vices gerens Gubernatoris extra Vicariam in qua crimen eſt commiſſum non poteſt illius criminis facere remiſsionem, niſi domino Rege abſente à Principatu eo quia tunc latior eſt ipſius poteſtas not. Ferrer. p. 1. tit. de Guber. gener. c. 85. ſi-
25 militerq. non poteſt Vniuerſitates nec illarum ſingulares directe, vel indirecte ad componendum, vel obtinẽdum remiſsiones de criminibus data aliqua quantitate compelli, quinimo vbi ſuper his conſtiterit de aliqua concuſſione eius officio vti prohibetur, & ad pænam ſeu reſtitutionem extortorum, vna cum dupla. reſtituere compellitur vt in Conſt. 17. incip. Ab aqueſt edicte tit. de coſas prohibidas als Officials pag. 160. & ibi Mier. part. 2. coll. 10.
26 in princip. fol. mihi 24. Itẽ pariter etiã nõ poteſt remittere pœnas cõtra còtra hentes ſponſalia clandeſtina impoſitas in Conſt. 3. inci. Cpom fer, è cõtrau re titul. de Spoſalles, & matrimo. pag. 386. & ibi, hoc not. Mier. p. 2. c. 12. coll. 9. n. 97. fol. 99. Nec impoſitas contra caupones, ſtabularios, & lenones, in Conſt. 2. incip. Penſants, titul. de Adulteris, & Michael Ferrer par. 2. cap. 30. Nec remiſsiones facere vagabundis ſub pæna priuationis officij, vt in Cõſt. 4. incip. Statuim tit. de Bomians, y Vagabũdos pag. 493. Rurſus nec componere, aut remittere Frãcigenas, Paſtores de delictis per eos commiſsis, vt in Conſt. 1. incip. Per prouehir tit. de Prohibitio de armas pag. 494. Nec denique poterit remittere eos, qui ad duellum ſeu ſingulare certamen alium prouocauerint vt in Conſtit. 4. incip. Ajuſtant tit. de Deſafius pag. 477. & tandem ſub pœna priuationis officij remittere non poterit crimina. & exceſſus de quibus mors naturalis, vel ciuilis, aut membri abſciſsio ſubſequi poteſt iux. pragmat. Regis Ferdinand. Dat. Gerund. 18. Februarij 1416. in 2. vol. Conſt. ſub tit. de remiſsio de crims fol. 149. Quæ modificatur, reſtringitur, & declaratur per Michael. Ferrer p. 1. obſer. cap. 84. num. 3. ac ideo in omnibus caſibus in quibus, contra prædictas conſtitutiones contrafecerit iure quidem de illarum contrafactione, & violatione viſitari poterit.

27 Sexto viſitari, ac ſyndicari etiam poterit, quoties deſierit diſcurrere, & ire per totum Cathaloniæ Principatum, quia iuxta Conſt. 11. incip. Perque millor pag. 103. vt melius expellantur delati, & mali homines à dicto Principatu ſtatutum fuit, quod ipſe gerens vices generalis Gubernatoris obnoxius eſſet ire per dictum Principatum viciſsitudinarie ſiue modo in vna Ciuitate, vel Villa, modo in alia vbi neceſſarium foret, adeo quod moram nec reſidentiam facere nequiret in Vicaria in qua reſideret Dominus Rex aut eius Locumtenens generales, & Regia Audientia. Vltra quatuor menſes quolibet anno, ſub pæna pro illo pluri tempore, quo reſidebit amiſſionis, & priuationis ſalarij, vt in dicta conſtitutione refertur de cuius contrafactione fuit gerens vices Gubernatoris in viſita anni 1573. ſyndicatus, & monitus vt à cetero diſcurreret p Prouinciam Cathaloniæ ſub pænis in dicta conſtitutione contentis, vt refert Michael Ferrer in ſuis obſer. p. 2. cap. 1. in fine tit. de Guber. gener. Cathalo.
28 Septimo poterit quoq. viſitari vbicũq. cõſtiterit ſe cõceſsiſſe guidatica Ægyptianis, ſiue Bomiãs; ſiquidẽ eidẽ prohibitum eſt ſub pæna centum librarum

dictos Ægyptianos guidare, vt habetur in Cōſt.5.incip. Com a la expulſio tit. de Bomians pag.493. Quinimo etiam in dicta viſita anni 1573. fuit iniunctū eidem vicegerenti Gubernatoris ne concederet guidatica niſi in ſcriptis,& cum expreſsione cauſæ, & apud ſcribam ſuum, vt dicit idem Michael Ferrer d tit.de General. Guber. Cathalo. p.2.cap.13.in fine & cap.37.

29 Octauo Vicesgerens generalis Gubernatoris, in caſibus in quibus eidem licitum eſt admittere reos ad compoſitionē, non poteſt nec debet dictas compoſitiones facere, niſi cum conſilio ſui Aſſeſſoris aliter in viſita, ſeu ſyndicatu tenebitur, vt dicit Ferrer par.2.cap.33. vbi refert, quod in viſita generali facta per Reuerendum Epiſcopum Barcinæ Martinum Martinez del Villar anno 1573. fuit Gerens vices Gubernatoris de prædictis querelatus, & in viſita anni 1580. fuit reprehenſus, eo quia fecit remiſsionem de quodam graui crimine commiſſo in domo S. Antonij Barcinonæ, ſine conſilio Aſſeſſoris, pro quibus facit text. in Conſtitutione 5. incip. Com poc valdria titul. de Offici de Gouernador pag.101. & quod tradit ibi Mier.part.2.cap. 13. fol. mihi 75.& idem Ferrer par. 1.cap.86.num.3.ante finem vbi, quod Gubernatores, & eius vices gerentes tenentur iudicare ſecundum conſilium ſui Aſſeſſoris iuxt.prædictam Conſtitutionem 5.dict.titu.de Offici de Gouernador.

30 Nono viſitari, & ſyndicari poterit vbi aliquem habilitauerit, ad obtinendum, & regendum officia publica, eo quia huiuſmodi habilitationes, ſeu reſtitutiones, ad honores ſunt de regalibus Principis, & ad ſolum Principem ſuperiorem non recognoſcentem ſpectant, l.1.§. penult.ff.de Poſtulan.& ibi Bart.& Alber.num.3.Salicet.in l. cum indulgentia col.pen. C.de ſenten.paſs. Afflict.in tit.Quæ ſint regalia num.5. Matheſil.ſingul.43. numer. 8. Anton. Corſet de poteſt.Regia.in 6. p. princip.num.8.Oddo.in tract. de reſtitut. in integ.art.2.& artic.9.Michael Ferrer 2.part.obſeru.cap.36. vbi quod in viſita generali anni 1573.Gerens vices generalis Gubernaroris fuit querelatus de quadam habilitatione per eum facta,& illius prætextu fuit eidem iniunctum ſub pæna amiſsionis officij, quod à cetero ſimiles habilitationes, ſeu reſtitutiones non faceret, etiam cum conſilio ſui Aſſeſſoris, cum ſit regalia ſuæ Mageſtatis vide ad hæc, quæ diximus infra in capit. 16. numer.47.

31 Decimo viſitari, etiam poterit, quando recedens à Vicaria proceſſus cauſarum illius extraheret, à dicta Vicaria, & ſecum duceret, quia id ſibi prohibitum eſt facere iuxta Conſtitut.18.incip.Statuim, titulo De coſas prohibidas als Officials pag.160. not. Mier.part.1.coll. 6. titulo de Officio. Guberna.Cathal.n.7.fol.160.Michael Ferrer p.2.cap.40.

32 Vndecimo viſitari poterit, vbi exiſtens extra Vicariam ſibi reſeruauerit aliquod negocium Ciuile, vel Criminale,& de eo extra Vicariam cognoſcere,& iudicare voluerit, quia vices gerens generalis Gubernatoris in Cathalonia non poteſt ſibi reſeruare cauſas ciuiles, nec criminales, alicuius Vicariæ, vel Baiulæ ipſo exiſtente extra eas, ſed tantum dum preſens fuerit in illis, poteſt tunc libere cognoſcere de eiſdem, quæ poſtmodum redeunt ad ordinarios, cum à Vicaria receſſerit, eius inhibitione non obſtante iux. Conſt.2.incip.Part aço, titu.de Offici de Gouernador pag.100. & ibi Mier. part.1.coll.6.in princip.fol.169.

33 Duodecimo poterit etiam viſitari, vbi arreſtatum pro proceſſu regaliæ, camini,& ſtratæ, ab arreſto liberauerit, quia id facere non poteſt, vt fuit deciſum in libro concluſionum Gubernatoris die 24.Martij.1493.refert Micahel

chael Ferrer part. 1. cap. 71.

34 Decimo tertio, quia in aliquibus ciuitatibus præsentis Principatus Cathaloniæ, absente domino Rege, & illius Locumtenente Generali solitum est obseruari, quod Proceres illarum ex priuilegio iudicant in criminalibus causis: pro vt præcipuè obseruatur in Ciuitate Barcinone, & Illerdæ, vt refert Michael. Ferrer. par. 1. obseru. cap. 86. num. 4. Ideò vices gerens Generalis Gubernatoris animaduertere debet, quod procedens in dictis causis criminalibus cum dictis proceribus minime iudicet, nec cognoscat de causis militum, Nobilium, & Generosorum sine scientia Principis maxime quando illorum delicta sunt grauia, eo quia tales causæ tunc non dicuntur Vicariæ, sed Consistoriales, & propriæ sunt causæ regaliarum quarum cognitio, ad dominum Regem spectat, vt in terminis not. Ferrer. dict. part. 1. cap. 43. & Mier. part. 2. cap. prouchim. coll. 10. num. 10. & 11. fol. mihi 36. vbi in prædictorum confirmationem refert audiuisse dominum Regem Petrum dixisse, quod Gubernator malefecerit, dum in iudicio Procerum Barcinonæ condemnauerit Petrum Sort domicellum delatum de graui crimine, quem inconsulto ipso Rege decapitauit, ex quo illud sequitur, quod ipse Vicegerens aliter procedens sine consensu, & permissu domini Regis in similibus causis, pro illis vtique visitari, & syndicari potuerit.

35 Decimo quarto visitari quoque poterit quotiescunque recedens à Principatu desierit nominare, & subrogare Locumtenentem, qui pro eo durante eius absentia officium suum exerceat, etenim ad faciendam dictam nominationem, nec non, & ad reddendum in visitatione de culpis sui Locumtenentis obnoxius existit, vt sic legitur in const. 20. incip. Per quant curiarum anni 1599. fol. 8. & late not. Mier. in titulo de Subbaiulo. part. 1. cap. 18. nu. 1. fol. 115. Quia mala electio Locumtenentis, ipsi Vicesgerenti imputatur, ac ideo pro eo de mala electione tenetur ex text. in l. nullus qui, l. neminem, C. de decurio. lib. 10. l. 1. C. ad l. Iul. repetundarum Marquil. in vsatico tutores versic. Quæro quod si baiulus, pagin. 36 mihi 314. sicuti etiam teneretur de culpis, & excessibus Locumtenentis Assessoris per eum nominati in casu absentiæ, & impedimenti Assessoris ordinarij cuius electio ad ipsum spectat iuxt. const. 5. incip. Com poch valdrie, tit. de offici de Gouerna. pag. 101. & ibi not. Mier. part. 2. num. 3. coll. 8. fol. 75. Michael Ferrer part. 1. cap. 90. & part. 2. cap. 6. vbi, quod talem Locumtenentem Assessoris ponit Gubernator, & inde nihil mirum si de illius culpis in visita pro eo teneatur.

37 Decimo quinto Assessores Gubernatoris Cathaloniæ, & Cõmittatuum Rosilhonis, & Ceritaniæ, & eorum Locatenentes, pariter visitari, & syndicari possunt de contrafactione legum, & constitutionum Cathaloniæ, quia ad illorũ obseruantiam iure iurãdo obligantur, vt in dict. const. 5. incip. Com poch valdrie, dict. pagin. 101. sub titul. de offici de Gouernador, & probat. Michael Ferrer part. 1. obseruantia. capit. 80.

38 Decimo sexto visitari possunt quando non sequuntur Gubernatorem, seu Gerentem vices Generalis Gubernatoris quem sequi debent per totum Cathaloniæ Principatum, & officium personaliter seruire, & non per substitutũ nisi in casu iustæ absentiæ, aut infirmitatis corporalis ipsius, nec non, & vxoris, aut filiorum suorum cap. communis & ibi glos. in verb. suorum, 24 dist. & in terminis ita not. Ias. in l. Quæcunque, num. 83. ff. de offic. eius cui mand. est iurisdict.

Decimo septimo dicti Assessores visitari poterunt, quotiescunque absente Guber-

Gubernatore ſeu Gerente Vicesgeneralis Gubernatoris aliquos actus iuriſdictionis exercerent, etenim Aſſeſſor Gerentis Vicesgeneralis Gubernatoris in Principatu Cathaloniæ, non poteſt ſignare, nec facere actus iuriſdictionis: niſi præſente Gerente Vices Gubernatoris, in vna eadem Ciuitate, Villa, aut Loco cum dicto Aſſeſſore iuxt. cõſt. incip. Lo Aſſeſſor de portant veus, d. tit. de offici de Gouernador, pag. 102. not. Michael Ferrer part. 1. obſeru. cap. 52. per tot. Alia quamplurima iſtis Aſſeſſoribus vti Iudicibus competunt obſeruare de quibus latè dixemus infra in cap. 17. per totum. Quæ iſtis Aſſeſſoribus adaptari poſſunt.

CAPVT XIIII.

DE MAGISTRO RATIONALI, EIVSVE LOCVM TENENTE, ET Officialibus ſuis.

SVMMARIVM.

1 *MAGISTRI Rationales apud antiquos quibus nominibus appellabantur, & num. 5.*

Officium Magiſtri Rationalis fuit inſtitutum in Cathalonia per Sereniſsimum Regem Petrum Tertium 5. Kalend. Nouembris. 1344.

3 *Magiſtri Rationales in curijs Reguum ſedent poſt Prouinciarum Præſides.*

4 *Magiſtro rationali incumbit, computa reddituum Regiorum videre deque rationibus, & adminiſtranibus Regis cognoſcere, & n. 6.*

7 *Magiſter Rationalis habet coadiutores, & quid ſit eorum Officium.*

8 *Iuriſdictio Magiſtri Rationalis in Cathalonia circa examen computorum, eſt priuatiue conceſſa, quo ad omnes Officiales maiores, & minores, etiam vſque ad dominũ Locumtenentem Generalem.*

9 *Magiſter Rationalis, qui tanto honore, & iuriſdictione vtitur extollendus eſt, verum non ideo immunis eſt a viſitatione, quinimo illi eſt obnoxius.*

10 *Magiſter Rationalis vbi calculatis computis inuenerit Officiales debitores eſſe, poteſt aduerſus illos exequutiue procedere, etiam vſque ad capturam perſonæ, quod declara, vt num. 11.*

12 *Debitum vbi non eſt liquidum licèt Fiſcale ſit, non tamen poteſt pro illius exactione exequutiue procedi, ſed requiritur ordo, & ſententia.*

Magiſtri

13 *Magiſtri rationales procedentes pro debitis Fiſcalibus illiquidis contra fiſci debitores exequutiuè illos grauarent, & ex tali grauamine viſitari poſſunt.*

14 *Magiſtri Rationales tenentur in viſita ſeu ſyndicatu vbi fiſci debitores reddentes computa ſuarum adminiſtrationum, & facta liquidatione accepti procederent via exequutiua contra eoſdem prodebitis liquidis accepti confeßatis antequã examinarentur capitula dati, quæ vulgo deſcarrechs, dicuntur, & aſſignatur ratio, num. 15.*

16 *Introitus, & exitus, accepta, & data ſunt admodum in ratione connexa, vt nunquam præiudicet confeſſio accepti, niſi videatur expenſum.*

17 *Ratio eſt quædam dati, & accepti commemoratio, ac ideo ante liquidatas hinc inde rationes, executio fieri non poteſt.*

18 *Præuentio autoris ne à cetero Magiſtri Rationales querelari valeant.*

19 *Vicarius expendens pro exquirendis, & perquirendis malefactoribus tales expenſæ ſunt per Magiſtrum Rationalem in calculo recipiendæ.*

20 *Expenſæ ſeu ſtipendio ſoluta cuſtodibus appoſitis alicui delinquenti in Eccleſia ſe tuenti ſunt per Magiſtrum Rationalem in calcula recipienda.*

21 *Expenſæ factæ per Vicarios, & Iudices ſuper competentia, & defenſione Iuriſdictionis ſunt in calculo recipiendæ.*

22 *Sumptus facti in mittendo carceratos ad Regias triremes de peccunijs, & ſumptibus iuſtitiæ deſtinatis ſolui debent, & ſic in calculo ſunt per magiſtrum Rationalem recipiendi.*

23 *Præmium per Vicarium ſeu Iudicẽ promiſſum ei, qui malefactorem detexerit ipſi Vicario eſt in calculo recipiendum, & aſſignatur ratio num. 24. & 26.*

25 *Præconium in quo promittitur præmium capiens malefactorem quando per Vicarium, ſeu Iudicem ſolum vel cum conſilio Ciuitatis fieri poſſit.*

27 *Iudex poteſt donare fiſcalia modica remunerando illum, qui detexit, ſeu cepit malefactorem.*

28 *Præmium promiſſum capienti, vel detegenti malefactorem primum eſt ſoluendum de bonis ipſius delinquentis, quam de bonis fiſci.*

29 *Præmia quæ à iudicibus pollicentur, pro capiendis malefactoribus iuſtiſsima ratione fuerunt introducta, quia ſpe præmij homines facilius applicantur ſeruire Reipublicæ.*

30 *Sumptus facti, in rebus concernentibus bonam politicam, & adminiſtrationem iuſtitiæ per Vicarios, ſunt eis in calculo recipien-*

cipiendi per Magiſtrum Rationalem.

31 Reſpublica debet contribuere in ſumptibus, qui expenduntur, pro bono communi vbi deficiunt peccuniæ fiſci.

32 Conſiliarij, & Iurati Ciuitatum, & Villarum poſſunt expendere in reparatione carceris in conſtruenda, vel reparanda domo Ciuitatis, vel Villæ, & quod ſuper his expenderint in data erit illis per magiſtrum rationalem computandum.

33 Expenſum per Decuriones in Cippis, & Cathenis carcerum erit illis in calculo recipiendum, & ſimiliter expenſum in conſtructione Macelli, & Piſcateriæ, & Eccleſiæ, nu. 34.

35 Expenſæ factæ per Cõſiliarios in ludis, & publicis feſtiuitatibus aſſuetis, illis eſt in calculo recipiendum.

36 Eleemoſyna data de pecunijs publicis eſt in calculo recipiẽda quando antiquo tempore erat aſſuetum erogare nu. 37.

38 Expenſum in ornatu viarum, & in fœliciſſimo Regis aduentu, & ampliandis ædificijs pro pulchriori aſpectu factis, eſt in calculo recipiendum.

39 Expenſum per Conſiliarios Ciuitatis in acquiſitione, & defenſione honoris ipſius Ciuitatis, vel Vniuerſitatis eſt etiam illis in calculo recipiẽdum.

40 Expenſum ad hoc vt vicus à contributionibus liberetur in calculo recipi debet.

41 Donum gratis, datum Capitaneo, ne milites in villa hoſpitare faciat, ſi quod ita donatur, non excedat rationis moderamen in calculo eſt recipiendum, quia ſimilia dare cedũt in ſeruitium domini Regis.

42 Expendens pro rerum acquiſitione, conſeruatione, & adminiſtratione talis expenſa in calculo eſt recipienda, quod declara, vt num. 43.

44 Expenſum per Conſiliarios, & Decuriones pro vani nominis acquiſitione non eſt in calculo recipiendum.

45 Alios plures caſus in quibus expenſa facta de burſa communi in calculo recipienda ſit, vide remiſſiue.

46 Pecuniæ fiſci, & Reipublicæ arbitrio boni viri per Iudices, & Decuriones expendi ſolent, ac ideo vbi nõ omnino fuerint legitimè expenſæ, dummodo abſit dolus non ideo itidem pro male adminiſtratione cõdemnari debent, etiam ſi res in qua expenſum fuerit malum exitum habuerit.

47 Credulitas, & quælibet alia colorata cauſa excuſat à pœna.

48 Sumptus à Procuratore aliæue Adminiſtratore bona fide facti, etiam ſi res malum exitum habuerit, ſunt illis in calculo recipiendi.

49 Magiſter rationalis non debet eſſe ſcrupuloſus in rationibus reddendis, nec de modico errore curare,

maxime

maxime dum in illis abeſt dolus, ſed iuxta conſuetudinem ſuas diffinitiones facere.

50 *Magiſter Rationalis in Cathalonia cognoſcit de culpis, negligentijs, & ommiſsionibus per Officiales in eorum officijs commiſsis.*

51 *Adminiſtrator quilibet in rationibus reddendis tenetur de damnis ex ſua negligentia commiſsis.*

52 *Adminiſtrator Reipublicæ ſi ſarta tecta non habuit, & ideo triticum in publico horreo reconditum putrefactum, vel aliter deterioratum ſit, tenetur Reipublicæ ad damnum.*

53 *Officiales computa Magiſtro Rationali reddentes vbi apparuerit fraudem in eorum computis, & rationibus commiſiſſe in pœnam vnde cuplæ, quæ vulgo dicitur (de les onze doblarias) puniuntur.*

---

1 OFFICIVM Magiſtri Rationalis eſt Magiſtratus grauiſſimæ auctoritatis ſiquidem apud antiquos Magiſtri Rationales dicebantur Cæſaris procuratores, & Principes diſpenſatores, & Sacri erarij Præſides, vt voluit Lucas de Penna in l. ſi quando la 2. C. de bon. vacant. lib. 10. Pancir. in Notit. Imper. Oriental. c. 87. Conrad. in templ. omnium Iudicum lib. 1. cap. 8. Surg. de Neapol. Illuſtr. cap. 26. num. 23. Alij dixerunt eos eſſe Procuratores dominici, vt in l. 1. C. de repud. Hermo. in Epit. iur. ciuil. tit. de digni. alij curatores Cæſaris, vt in l. 3. ff. de offic. procur. Cæſar. alij curatores Reipublicæ, vt in l. curator, C. de modo multan. alij autem Rationales, vt in l. ad fiſcum, & l. nullum, C. vbi cauſæ Fiſcal. &
2 in rubr. ff. de offic. Procura. Cæſar. & in dict. l. vltima, C. de aduocat fiſci. Fuit enim huiuſmodi officium inſtitutum in Cathalonia per Sereniſsimum dominum Regem Petrum Tertium 5. Kal. Nouembr. 1344. pro vt apparet de illius inſtitutione in quodam libro recõdito in eodem officio Magiſtri Rationalis virmillo cooperto fol. 51.

3 Huius autem Magiſtratus prærogatiua magna eſt, cum in curijs Reguum iſti Magiſtri Rationales ſedeant poſt Prouinciarum Præſides, vt not. Bellug. in ſpecul. princip. rubr. 6. de forma, & ordine ſedẽdi in curia n. 9. fo. mihi. 13.

4 Ad ipſum vero Magiſtrum Rationalem ratione eius officij pertinet, & ſpectat computa redditiuum Regiorum videre, & ſignificare deque rationibus,
5 & adminiſtrationibus Regis cognoſcere, & ea de cauſa dicitur procurator Cæſaris iux. text. in l. inſtar cum ibi notat. C. de iure fiſci lib. 10. & dicuntur etiam Comites Sacratum largitionũ, eo quia de debitis Principis ex computis ſuarũ adminiſtrationum mittunt inſtructiones iuxt. text. in l. 1. cum ibi notat. C. de apoch. pub. lib. 11. de eorum officio agitur in l. actuarios, & in l. in prouincijs, C. de actuarijs lib. 12.

6 In Cathalonia autem noſter Magiſter rationalis obtinet tertium gradum Magiſtratuum, & ex illius inſtitutione, & creatione, de qua etiam fit mentio in conſtitutione vnica Regis Ferdinandi Secundi ſub tit. de offici de Meſtre Rational pagin. 105. incumbit ei rationes omnes fiſcales apud eum exigere in ſuo peculiari, & preheminenti tribunali, quod ad hunc effectum per dominum Regem eſt ſibi aſsignatum in eodemmet palatio Regio præſentis Ciuitatis

Bar-

Barcinone, vbi omnes Officiales Regij computa illi reddere tenentur, vt Baiulus Generalis Principatus Cathaloniæ Procurator Regij patrimonij Committatuum Rossilionis, & Ceritaniæ Thesaurarius Generalis Coronæ Aragonum, & Regens Regiam Thesaurariam, & denique cæteri alij Officiales, vt post Mieres, & alios probat, Anton. Oliba. de iure fisci cap. 4. num. 52. vbi etiam dicit, quod in eodem officio magistri Rationalis sunt Locumtenentes, qui adiutores, seu verius vulgo coadiutores dicuntur, quorum officium secundum Mastril. in tractat. de Magistrat.
7 lib. 5. cap. 9. n. 12. est annotare prouisiones, iussiones, & mandata, quæ ex ijs oriuntur, pro exactione peccuniarum aliarumque rerum fiscalium, vt ea ad Regium Thesaurarium, vel alium Officialem pecuniarium pro effectu prædicto transmittantur. Quorum oneri inde incumbit earum exactio, vel ostẽdere diligentias pro recuperatione factas sub pæna soluendi de proprio.

8 Adeoque fulget Magistri Rationales iurisdictio in Cathalonia, quod illã priuatiuam habet ad quoscunque alios Magistratus, & Iudices, etiam vsque ad ipsum Locumtenentem Generalem, vt videre est in quadam Regia pragmatica Serenissimi Regis Ferdinandi cuius. Dat. fuit Montissoni 2. Septembris 1510. inserta in quodam libro recondito in dicto officio Siricei viridi cooperto sub fol. 110. cuius tenor sequitur ibi: *Statuimus, & ordinamus, decernimus, & declaramus, quod de certo nulli Officialium nostrorum quacũq; potestate, & officio fulgentium, & quocunque nomine nuncupentur, tam maiorum quam minorum etiam si Locumtenens Generalis noster esset in Cathalonia Principatus, aut quiuis alius liceat dictos Magistrũ Rationalem eiusque Locumtenentem, & ministros dicti officij Magistri Rationalis in computis per eos examinandis, & alijs quibuscunque dependentibus, & emergentibus ex dictorum computorum examinatione sub pœna quinque milium Florennorum, & priuationis eorum officiorum dictum Magistrum Rationalem, ac Locumtenentem, & ministros dicti officij, præsentes, & futuros in aliquo perturbare, impedire, inhibere, aut se intromittere, etiam prætextu cuiuscunq; euocationis aut aliàs quoniam nos quæcunque impedimenta, & inhibitiones sub quouis quæsito colore obtinendas, nunc pro tunc cassamus, & reuocamus, & pro cassis nullis, & infectis serie præsentium haberi volumus, decernimus, & declaramus auferentes dictis Officialibus nostris præsentibus, & futuris secus agendi omnem cum nullitatis decreto potestatem. Decernentes irritum, & inane si quid in contrarium quouismodo fuerit attẽtatum. Nam ex quo specialiter cõcessa est potestas Magistro Rationali eiusque Locumtenenti, & ministris super dictis computis, & Rationibus, vt dictum est, omnibus alijs officialibus, & personis prohibita esse censetur.*

9 Vnde merito iste rationalis, qui tanto honore, & iurisdictione vtitur extollendus, & honorandus est scripsit Bellug. in speculo dict. rubr. 6. num. 9. in fine, cæterum ipse parere quoque debet legi, quæ voluit se huic cẽsuræ visitationis

rationis obnoxium eſſe, vt ſic legitur in cap. 5. cur. curiarum anni 1599. in qua de his quæ ſequuntur inter alia viſitari poterit.

10 Et primo licet verũ ſit, quod Magiſtri Rationales, & illorũ coadiutores deputati ſuper reuiſionibus computorũ valeãt, & poſsint ſummariè procedere in negocio reuiſionum ita, vt viſis cõputis, & rationibus, nec non, & libro rationum abſq. alia citatione vbi Officiales, & exactores pecuniarũ Regij Ærarij, & aliorum Regiorũ introitum inuenerint eſſe debitores poſsint quoq. illos condemnare, & exequutiue aduerſus eos procedere iux. tex. notab. in l. 2. §. quod ſi de frumentaria, ff. de admin. rer. ad ciuitat. pertin. & ibi Bar. not. Socin. in l. ſi quis arbitratu. n. 30. ff. de ver. oblig. Præpoſ. in c. dilecto. in 4. q. princip. & in cap. cum ſit extr. de appella. Afflict. in cap. 1. tit. de nouo benef. nu. 40. Quod etiam conſuetudo obſeruat, vt ſcilicet contra ſimiles debitores fiſcales procedi valeat, ad capturam perſonæ, & tenutam bonorum ex tex. in l. nemo carcerẽ, C. de exacto. tribut. lib. 10. vbi not. Angel. Bald. in l. 1. col. 2. C. de hæred. vend. & Marant. de ordine

11 Iudicio in 4. p. diſt. 9. n. 59. Verum dicti Magiſtri Rationales prædicta ita ſimpliciter exercere non potuerint niſi quãdo poſt reuiſionem computorum clare, & manifeſte eis conſtiterit de reliquatu debito, claro, & certo, etenim iura, & DD. ſupra allegati ſolũ loquũtur in debito liquido, etenim vbi debitum non eſt liquidum requiritur ordo, & ſententia iuxt. text. in l. hi, qui cum fiſco, C. de conueniend. fiſci debit. lib. 10. Bald. in l. 2. C. quando fiſc. Sic etiam diſtinguit Luc. de Penn. in l. 1. col. 3. C. de cond. li. 11. Et proinde dicitur, q̃ fiſcalis debitor pro debito eius liquido tãtum executiue in ære, & in perſona exequi poteſt l. ſacrilegij §. vltim. ff. ad l. Iul. pec. l. quoniam nonnulli, ff. de Appellatio. l. vlt. ff. de leg. com. l. Paulo Calimaco. §. fi. ff. de legat. 3. & in l. miſi opinatores C. de exact. tribut. lib. 10. not. Bal. cõſ. 90. p. 5. n. 4. vbi inquit, q̃ hoc eſt

13 ſingulare priuilegium fiſci. Vnde dicti Magiſtri Rationales procedentes pro debitis fiſcalibus illiquidis contra fiſci debitores executiuè in eorum perſonis ſeu bonis vtique illos grauarent, & ex tali grauamine in viſita viſitari, & ſyndicari potuerint.

14 Secundo ſimiliter dicti Magiſtri Rationales tenerentur in viſita, quoties idem Regij Officiales, & alij fiſci debitores reddẽtes computa ſuarum adminiſtrationum, & facta liquidatione accepti procederetur via exequutiua cõtra eoſdem pro debitis liquidis accepti cõfeſſatis, antequã examinarẽtur capitula dati, quæ vulgo dicuntur, deſcarrechs, & huius cõcluſionis ratio eſt, etenim interim, quod expenſi ratio nõ recipitur nõ poſſunt capitula accepti quã tuncunq. clara, liquida, & guarentigia

15 executioni mandari, tenuerũt, Alex. in conſ. 192. per tot. vol. 7. Iaſ. cõſ. 100. vol. 4. Crauet. conſ. 231. n. 16. & 17. Anchar. conſ. 235. n. 1. vbi quod cõuẽtus pro reddenda ratione, non dicitur in mora nõ offerendo, quod debet, ante factam liquidationem, & declarationem reliquorum idque tenet Fanus de pigno. membr. 1. 5. p. Auend. de exeq. mand. 2. p. ca. 10. n. 31. Baeça de decima tutor.

16 præſtand. cap. 2. num. 168. Vbi expreſſe tenet, quod introitus, & exitus, accepta, & data ſunt admodum in ratione connexa, vt nunquam præiudicet confeſsio accepti: niſi videatur expenſum, idq. in ratione tutoris tenet Aymõ cõſ. 275. n. 13. ver. tertio principaliter, quod adminiſtrator nõ tenetur aliquid reddere, niſi prius cõſtiterit de omnib⁹ ac-

17 ceptis, & datis ſoluto ſibi debito ſuo. Et iuſtè quidẽ, etenim cõuẽt⁹ ad præſtãdũ rationẽ, eſt certũ, q̃ cũ ratio fit, quædã dati, & accepti cõmemoratio, vt in l. ſi quis ex argẽtarijs §. rationẽ, ff. de edẽd. anteliquidatas hinc inde rationes mini

mè executio fieri poteſt,l.1.§ præterea, ff. de contra. & vtil. actio. tute. Sunt enim indiuiduæ rationes vt voluit Bal. in l.ſi plures num.17.C.de cond.infert Menoch. lib. 2.de arbit.caſu.209. nu. 31.Bouadil.lib.5.cap.4. n.72.& 78.Gutier.de tutel.lib.3. num. 53.Et ex eo,cũ actus hic reddendi rationem,ſimultaneum,& concurſum accepti,& expenſi (ſui natura) contineat,vt voluit Bal.in rubr.C.de fide inſtr.nu.31. Inde ſequitur, quod antequam expenſi ratio habeatur in ſuſpenſo erit quanta ſint reli qua,vt voluit Cranet.conſil.131.nu.5.& hanc rationẽ reddit conſultus in l.mutũs,ff. pro ſocio. Non enim bene ſequitur,tale quid peruenit ad manus Tiij admioiſtratoris, ergo condemnari debet,vt ſtatim illud reſtituat,ſed omnino expectandus eſt,exitus redditæ rationis,vt voluit Vincent. Carrocius in tract.de depoſito forma 5.num.5.fol.15. & hanc ſententiã tenet Fachineus lib. 8.controuerſiarũ, c.158.verſ.Sed hoc. Ex quibus manifeſte apparet,quod cõfeſſio de receptis facta ab adminiſtratore ipſi non nocet interim,quod de datis non fuerit recepta ratio,vt not.Plat. in l.1.in fine n.9.C.de apoc.publ. Caſtan.in conſuet. Burgun.rub.6.§.6.verb. Rendre.n.19.Bæcza. de decima.tuto.c. 2.nu.270.Cauial.de tutor.n.214.Molinæus in tract.de retentione.n.323.& Bouad.d.lib.5.cap.4.n.78.Et conſequẽter ex iis concluditur,quod ſi Magiſter Rationalis viſis,& examinatis tantum parcelis accepti,illas executioni ſtarim mãdaret, & rationẽ dati accipere recuſaret,maxime vbi adminiſtrator inſtaret, quod dati ratio reciperetur,vtiq.eſt certum,talicaſu eundem adminiſtratorẽ rationem reddentem maximopere gratiari, & ex tali grauamine iuſte in viſita illum querelari poſſe.

18 Tertio quia Magiſter Rationalis in examinatione computorum Regiorũ Officialium,nec non,& Conſiliariorũ, Iuratorum Ciuitatuum,& Villarũ,Rectorum,& aliorum adminiſtratorũ ſolet quandoq.repellere,reprobare,& refutare aliquos ſumptus,& expenſas per dictos Regios Officiales,Conſiliarios,& Iuratos,reſpectiue in eorum officijs factus,& factas in quatum, ſeu quorũ repulſione, reprobatione, & refutatione per eoſdem Officiales,Conſiliarios, & Iuratos, præteriditur ipſos grauatos remanere,& ea de cauſa prætextu dictorum præcenſorum grauaminum coràm Regijs Viſitatoribus tẽpore viſitæ offerunt querelas contradictum Magiſtrũ Rationalẽ,& illorum coadiutores. Ideo vt à dictis grauaminibus abſtineatur, & in conſequẽtiam à cætero auferatur anſa pro prædictis dictum Magiſtrum Rationalem, & ſuos Officiales querelã diuiſum mihi fuit ſummarie,declirere caſus in facto magis contingentes in quibus expenſæ prædictæ ſunt in dictis computis in calculo recipiendæ, & in quibus refutandæ, & reijciendæ.

19 Primus itaq.caſus in quo pecuniæ,ſeu expenſæ in calculo ſunt recipiendæ per Magiſtrum Rationalẽ,& eius coadiutores eſt,quãdo Vicarius ſeu Iudex expẽderint pro exquirendis, & perquirẽdis malefactoribus,& vbi capti fuerint, & bona habuerint,ex quibus talis expẽſa ſolui poſſit ab illis reposci,ſiue recuperari debet,ſin minus ex pecuniis Regijs,& ex compoſitionibus proteſtis,tenent. Put.de tynd.verb.caret c.4.n.3. Boer.deciſi303.n.9.& 10.Boniſ.in peregrina verb.Inquiſit.1.p.fol.245.col.1. littera A. Auend.in cap. Prætor.2.p.n. 14.& 15.Bouadil.lib.5.cap.8.n.5.

20 Secundus caſus,ſi pecũia ſoluẽda cuſtodibus appoſitis alicui delinquẽti in Eccleſia ſe euehti tũc ſimiliter in calculo ſunt recipiẽda per Magiſtrũ Rationalẽ, præcipue quando ſunt moderata, & huiſmodi ſunt expendenda ex pecunijs ſumptibus iuſtitiæ deſtinatis ſi ſuperſint ſin minus de pecunijs camerali-bus,tenent Iſernia de feudis titulo de ſtatu. & conſuetud. §. Nauigia Lucas

de Penna in l. 1. C. ne ruſtic. ad vllum obſequium col. 1. lib. 11. Auiles in cap. 18. Prætor. verb. Vſurpar. num. 18. ad medium Bouadil. d. cap. 6. nu. 6.

21 Tertius caſus quando Vicarius, ſeu Iudex expenderit ſuper competentia, & defenſione iuriſdictionis aduerſus Iudices Eccleſiaſticos, id expendendum eſt de pecunijs ex ſumptibus iuſtitiæ proceſsis, & tales expenſæ, vtputa ſalarium Iudicis, Aduocati, & Procuratoris, Notarij, & Nũtij, in calculo recipiẽdum erit not. Salicet. in l. mulctarum, C. de modo mulctandi Auil. in cap. 3. Prætor. verb. Iuriſdicion, nu. 36. fo. mihi 97. Bouadil. lib. 5. cap. 6. nu. 9.

22 Quartus caſus ſumptus facti in mittendo ad carceres curiarum condemnatos ad Regias triremes de hujuſmodi pecunijs ſumptibus iuſtitiæ deſtinatis ſolui debent, & ſic ſunt in calculo recipiendi Bouad. d. lib. 5. cap. 6. n. 14.

23 Quintus caſus ſtipendium, ſeu præmium promiſſum per Vicarium, ſeu Iudicem ei, qui facinoroſum detexerit de huiuſmodi pecunijs ſumptibus iuſtitiæ deſtinatis ſolui debet, & in calculo

24 ipſi Viccario, ſeu Iudici eſt recipiendũ, ſiquidem bono, & recto Iudici cõgruit purgare Rempublicam malis hominibus coſque ſumma cum diligentia cõquirere l. congruit, ff. de Officio præſi-

25 dis. Et hinc dicitur, quod valet proclamatio ſeu bannimentum factum à Poteſtate vna cum conſilio ciuitatis, quod quicunque ceperit malefactorem, habeat centum de pecunia communi ciuitatis, ſed ipſe poteſtas ſolus facere nõ poteſt, tenet Bart. in l. 1. nu. 3. ff. de iuſt. & iur. & ibi Ioannis de Plat. ſed Paul. de Caſtr. in dict. l. 1. num. 11. intelligit hoc in Iudice ſimplici, qui de communi nõ poteſt diſponere verum imminente neceſsitate, poteſt ſolus Iudex bannimentum facere ſine conſenſu Decurionum

26 prout ſic limitat. Iaſon. in dict. l. 1. nu. 11. ff. de iuſt. & iure. Ac ideo vrgente neceſsitate licite poterit Iudex ex huiuſmodi pecunijs ſoluere quidquid in detegendis, & perquirendis huiuſmodi homines opus fuerit ex text. in l diuus. ff. de cuſtod. reorum ibi, *vel ſi quid fortiter fecerint milites inde eis do-*

27 *nare.* Idque tenet Bald. in l. 2. num. 3. C. de commun. rerum aliena. Vbi tenet, quod Iudex etiam modica fiſcalia remunerando dare poterit, ſequitur Auil. in dict. cap. 3. Prætor. verb. Iuriſdicion, num. 34. & verb. Los haran, num. 10. Baeça de inope debitore cap. 18. nu. 8. & 9. Quod maximè locum haberet, vbi Iudex ipſe præconizare feciſſet, qualiter ipſe promitebat capienti, vel detegenti talem malefactorem certum quid pro labore vt not. Bart. & Platea. l. vnica, C. de præbend. ſalar. Auend. in

28 cap. Prætor. 2. part. cap. 10. nu. 14. Vbi dicit quod ſimilis captor, vel detector malefactoris, prius debet præmium cõſequi ex bonis ipſius delinquentis, quã ex hujuſmodi pecunijs ſumptibus iuſtitiæ deſtinatis, eo quod cauſam huic expenſæ præbuit, & ita etiam tenet Auil. vbi ſupr. & in cap. 1. verb. ſalario, nu. 9. & cap. 17. verb. Las haran, num. 10. Iul. Clal. in practic. §. fin. quæſt. 27. nu.

29 3. & 4. Et hæc quidem præmia, quæ à Iudicibus pollicentur, & præſtantur, iuſtiſsima ratione fuerunt introducta, vt ſpe præmij facilius homines applicentur ſeruire Reipublicæ, vt inquit Cicero lib. 1. Tuſculanarum quæſtionum. *Quis enim virtutem amplecti-tur ipſam præmio ſito.*

30 Sextus caſus, ſimiliter fæces cerę (vulgo hachas) quæ conſumuntur tempore alicuius incendij noctu contingentis, ſolui etiam debent ex pecunijs ſumptibus iuſtitiæ deſtinatis, & in calculo tales ſumpti ſunt recipiendi cum Iudici ſit permiſſum de his pecunijs expendere in rebus concernentibus bonam politicam, & adminiſtrationem iuſtitiæ, quod ſi hæ pecuniæ deficerent

31 de bonis publicis soluendum esset, siquidem totius Reipublicæ commodum respicit, hoc est, ne Respublica ruinis, siue incendijs deformetur argument. text. in l. mulier in opus salinarum, ff. de Capti. & post. limi. reuers. Isf. in l. Barbarius num. 97. ff. de Offic. Præsid. Roland. consil. 69. num. 22. Pute. de syndicatu. in verb. Præmium, capit. 6. numer. 7. Bouadill. dict. lib. 5. capit. 6. num. 19. Si enim huiusmodi sumptus faciẽdi forent per Vicarios, Iudices & Alguazirios de bonis proprijs, forte dum pro reparandis huiusmodi damnis, vocarentur, se ipsos abnegarent, vt tam graue dispendium euitarent, argument. eorum, quæ notant. Bald. in l. non dubium num. 10. in fin. C. de legib. Non enim æquũ est, vt huiusmodi sumptus Vicario nec Iudici imcumberent, cum non leue seruitium faciat, si Rempublicam mediãtibus suis laboribus, ac lucubrationibus, incolumen, atque indemnem conseruet.

32 Septimus casus respectu computorũ Vniuersitatuum dicimus, quod Consiliarij, Iurati, seu Decuriones Ciuitatuũ & Villarum de pecunia publica possunt expendere in reparatione carceris, in constructa, vel reparanda domo Ciuitatis, vel Villæ, & quod super his expẽderint erit illis in data computandum, consilio namque similis constructio, & reparatio competit, non verò Regi, vel Domino loci, licet ipsi pœnas fiscales percipiant. Sicut enim in punitione criminum publica interuenit vtilitas, vt infrà, ita vulneratus, ff. ad l. Aquil. ita quoque in constructione, & reparatione carceris pro detinendis, & custodiendis malefactoribus publica vtilitas versatur, & ex eo tenentur ad prædictos sumptus, notat. Auil. in capit. Prætor. 18. verb. Se hagan, numer. 1. & 2. fol. mihi. 148. Gutierr. in pract. quæstion. 1. part. quæst. 36. numer. 2. Auendan. de exeq. mand. 1. part. capit. 20. num. 4. & 5. & 2. part. cap. 10. num. 6.

33 Octauus casus, ex supradicta ratione, erit in calculo recipiendum, expensum per Decuriones in compedibus, cipis, & cathenis, in quibus scelerati cautius, & securius detinentur, & custodiuntur, idque tenet Parisi. de Put. in tract. de syndicat. in verb. an sint plures carcerati, num. 6. Auiles in d. cap. Prætor. 18. proxime citato, Gutierr. in dict. cap. 36. num. 3.

34 Nonus casus in calculo recipiendi erit quicquid de bonis Reipublicæ expensum fuerit in constructione Macelli, & Piscatoriæ, eo quod in hoc communis totius populi vertitur vtilitas, vt not. Innoc. in cap. significãte de Appellatio. Auend. 1. part. de exeq. mand. cap. 10. num. 7. vbi idem diligenter reputat, in expensa facta de bonis Reipublicæ in constructione, vel recuperatione Ecclesiæ: quæ in populo vnica est, latè Surd. consil. 62. per tot.

35 Decimus casus, & illud Consiliarijs, seu Decurionibus in calculo recipiendum erit, quod expensum fuerit in ludis publicis, & consuetis, veluti in festiuitatibus corporis Christi, & aliorum Sanctorum, quorum dies ab antiquo, publicis expensis fuerunt celebrati, ratione voti, vel laudabilis, & deuotæ consuetudinis, etiam si fieri consueuit ratione publicæ lætitiæ tantũ, iux. text. in l. 4. C. de paganis ibi: *Festos, conuentos ciuium, & communem omnium lætitiam, non patimur submoueri.* Et ibi Salicetus Auendan. de exequ. mand. dict. capit. 10. num. 12. vbi dicit, quod expensa facta in huiusmodi ludis publicis, ex antiqua consuetudine, dicitur facta in communem omnium vtilitatem: est enim illud sanctissimè receptum, vt populus publica lætitia recreetur: nulla enim ætas, nulla inquam Respublica hoc genus expẽsarum repulit.

Vndeci-

36 Vndecimus caſus, Eleemoſyna data de publicis pecunijs eſt in calculo recipienda, quando ab antiquo erat cõſuetum. not. Auend. d. cap. 10. n. 18. dicens, quod ſi conſilium Ciuitatis, Oppidi, vel Villæ ab antiquiſſimo tempore, in eleemoſynas expẽdere conſueuit de bonis Reipublicæ donando Monaſterijs, & hoſpitalibus, vel in alterius Chriſtianæ pietatis ſplendorẽ, vt puta, in dando alimenta Clericis extra populum, proceſſiones votiuas populi facientes, huiuſmodi erogatio de bonis communibus iure fieri poſsit, ex notatis per Bar. in l. priuilegia, C. de ſacroſan. Eccl. Felin. in c. Eccleſiæ Sanctæ Mariæ. de cõſtit. pluraq; in materia Eleemoſynæ de publico facienda cumulauit Mexia in pragmatica panis concl. 1. à. n. 5. cũ pluribus ſequentibus, ex cuius doctrina hæc ſententia apertiſsimè comprobatur.

37 Duodecimus caſus, & ſi quid in eleemoſynam pauperum conſueuit de publico erogari, quidquid in hoc vel in alijs ſimilibus eleemoſynis expenſum apparuerit in calculo recipiẽdum erit, vrgente namq; neceſsitate de publico ærario debent pauperes ſubueniri, vt in l. 2. C. de Epiſc. & Cleric. & in terminis ita tenet Pariſ. de Put. de ſyndic. verb. expenſæ, Auend. de exeq. mand. d. cap. 10. & ita in alijs eleemoſynis hoſpitalium, & monaſteriorum, tenuit Alber. in l. ſi pater. §. ſi quis, ff. de dona. Bar. in l. priuilegia. in fin. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Roma. ſingula. 433. Peregr. Bonif. verb. Eleemoſyna, q. 3. gloſ. fi. fol. 158.

38 Decimus tertius caſus in calculo recipiendum erit, quidquid expẽſum apparuerit de publico ærario in ornatu viarum, & alijs præparamentis in feliciſsimo Regis aduentu. vel in ampliãdis ædificijs pro pulchriori aſpectu factis, vt tenet Platea, in l. nullus, C. de curſu publico. Auend. dict. cap. 10. nu. 17. verſic. decimum quartum, & verſicul. decimum quintum, Ioann. Garcia de expenſis cap. 21. nnm. 24. Bouadil. lib. 5. cap. 4. n. 6. & 17. vbi ſub littera. C. alios allegat, & alios caſus refert.

39 Decimus quartus caſus ſi quid expẽſum eſſet per Conſiliarios, ſeu Decurio nes, in acquiſitione honoris certi, & liquidi ſuæ Reipublicæ, vel in eius defen tione, in calculo recipiendũ eſt. Honor nãq; Reipublicæ dicitur eius propriũ patrimonium, vt in l. Item ſi verberatum. §. 1. & ibi Angel. ff. de rei vend. & inl. Obſeruare. §. antea quam. ff. de Offic. proconſul. Quo fit, vt ſi pecunia publica expenſa ſit, vt vicus, villa, vel villa ciuitas fiat, in calculo eſt recipiendum: ſatis namque omnibus vicinis intereſt, ne extra villam pro conſequenda iuſtitia diuaguentur, non enim ſine magno incõmodo quis à domo ſua auocatur, vt in l. Si quis ex aſsignatoribus. ff. quemad. teſta. aperiant. & in terminis ita tenet Auend. d. cap. 10. Prætor. nu. 20. verſic. tamẽ iſtud. Bouad. d. lib. 5. cap. 4. nu. 53.

40 Decimus quintus caſus, ex proxime dictis infertur, quod ſi quid expenſum ſit, de publico ærario, ad hoc, vt vicus à contributionibus liberetur, procul dubio eſt in calculo recipiendum, ad not. per Bal. in l. quæ ſeparatis, C. vnde libe

41 ri. quem refert Auẽd. d. cap. 10. n. 20. Similiterque ſi quid de bonis communibus detur Capitaneo, eo pacto ne milites in villa hoſpitare faciat, ſi quod ita donatur: non excedat rationis moderamen, eſt in calculo recipiendum, veluti ſi daretur militibus, & Capitaneo aliquod æſculentum, vel poculentum, vt not. Bouad. d. lib. 5. cap. n. 40. vbi ſubdit quod ſimilia dare, cœdunt in ſeruiciũ domini Regis.

42 Decimus ſextus caſus, conſtituo regulã generalem, quod vbi quis aliquid, pro rerũ acquiſitione, conſeruatione, & adminiſtratione expendit, omnino talis expenſa in calculo eſt recipienda; nullus enim eſt caſus, qui hoc genus deductionis impediat, vt in l. fundus qui. ff. famil. herſiſcund. l. 1. §. æque,

43 ff. de muner. & honor. præsertim quãdo non excesserit modum. l. 1. §. cum plures. §. nimium, ff. de administr. tuto. & sic, vt in hac re errare non possit, est animaduertendum, quod in rationibus publici patrimonij, illud in calculo recipi debet, quod expensum apparuerit in vtilitatem vtriusque status: nobiliũ scilicet, & plebeiorum, & sic totius populi in vniuersum.

44 Decimus octauus casus, quando autem de publico expenditur per Consiliarios, seu Decuriones, pro vani nominis acquisitione, veluti vt eorum ciuitas, prius in curijs loquatur, vel vt ipsius Syndicus honorabiliori, & præstãtiori loco sedeat, hoc in calculo non est recipiẽdum, hæ enim præheminentiæ non peti, sed à Regibus concedi solent propter bene merita populorum seruicia. arg. l. 2. ff. de orig. iur. ibi. (Hæc non
45 peti sed præcari solere.) Alios quam plures casus recolligit Bouadill. dict. lib. 5. cap. 4. per tot. in quibus expensa facta de bursa communi Reipublicæ est in calculo recipienda, quos consulto referre desino tu illum omnino videas.

46 Et vt vnico verbo super ista redditione computorum concludamus, dicendũ erit, quod pecuniæ pro sumptibus iustitiæ applicatæ possunt in rebus directo ad administrationem iustitiæ concernentibus boni viri arbitrio expendi, idipsumq. procederet in pecunijs publicis; Reipublicæ etenĩ in istis pecunijs expẽdẽdis nullus ordo certus Vicarijs, Iudicibus, nec Consiliarijs, seu Decurionibus datus adhuc apparet: sed magis earum distributio, ipsorum arbitrio commissa videtur; ex text. in l. diuus, ff. de bonis damnato. Et in his, quæ Iudicis, & administratoris arbitrio commissa sunt, Etsi non omnino recte administrauerint, non ideo debent itidem pro mala administratione condemnari ex sententia Paulin. Castren. consil. 197. & 346. Bouadill. dict. lib. 5. cap. 7. numer. 23. maxime dum abest dolus, l. quamuis, ff. de cond. & demost. quod præcipuè procederet, vbi animũ vtiliter expendendi habuerunt, nam tali casu etsi res in qua expensum fuerit malum exitum habuerit, non ideo
47 dolo illorum est tribuendum, quia credulitas, & alia quælibet colorata causa eos excusat à pena, vt voluit Cepola, consil. 13. num. 17. Tiraquel. plura referens in tract. de temper. pœnis. causa 43. num. 2. Octauia. Chaquer. decis. 71. num. 17. & pro hac sententia sunt iura fortissima, in l. qui mutuam. §. fin. ff.
48 mandati. vbi sumptus à procuratore, vel administratore bona fide facti, etiã si res malum exitum habuerit illi in calculo recipiuntur, & tex. in l. Prætor. ait. §. quod de fructibus. ff. de bonis autho. iud. possiden. & in l. 1. §. contrarium vers. sufficit, ff. de contra iud. tute.

49 Qua de causa Magistrum hunc Rationalem animaduertendum censui, quod si non inuenerit Vicarios, Iudices, & Consiliarios seu Decuriones pecunias publicas in vsuos proprios conuertisse, vel aliter vsurpasse, non se molestum, nec scrupulosum exhibeat, quia rationes non debent scrupulose recipi, vt in l. neque supina, ff. de iur. & facti ignorantia. ibi: *Neque scrupulosa inquisitio exigenda*, l. si ideo. C. de his, quib⁹ vt indig. l. si bene collocatæ. ff. de vsur. ibi: *Præspicere Reipublicæ securitati debet præses prouinciæ; dum modo non acerbum se exactorem, nec cõtumeliosũ præbeat, sed moderatũ, & cum efficatia benignum, & cum instantia humanum: nam inter insolentiam curiosam, & diligentiam non ambiciosam multum interest.* l. diuus, ff. de bonis damnato. ibi: *Quod quidem per quam nimiæ diligentiæ est.* l. Senatus 15. in princip. ibi: *etsi iusta causa abolitionis sit, & si*

errasse

erraße videbitur, det imprudẽtiæ veniam, ff. de iure fiſci, l. 6. ff. de iur. & facti igno. ibi, *neq. delatoria curioſitas exigatur, vt ſic iudex excuſet*. Bellug. in ſuo Speculo Princip. rub. 17. §. videamus num. 17. fol. mihi 108. ſubdit, quod iſti Iudices rationales in hac ratione reddenda, ſe debent bene habere, conſiderata conditione perſonæ, & non curare de modico errore, quoniã de illo non curatur in rationibus reddendis, dum abeſſet dolus per tex. in l. Quamuis ibi, *Accepto computo*. ff. de conditio. & demoſtra. Sed debent facere ſuas diffinitiones iuxta conſuetudinem curiarum, vt in l. Quod ſi nolit. §. Qui aſsidua, ff. de edilit. edicto. & l. fin. C. de fideiuſſoribus.

50 Deniq; vt huius capitis materiã, abſoluamus, dicimus, quod Magiſter rationalis in Cathalonia non ſolum tenetur, audire computa Officialiũ, de quibus ſupra hoc titulo num. 4. & 6. meminimus, verum etiam, & triennaliũ, quos intra quatuor annos, poſtquam deſierint habere dicta officia triennalia tenetur abſoluere, vel condemnare, pro culpis, negligentijs, & omiſsionibus per eos in eorũ officijs cõmiſsis, quod niſi fecerit, tam dicti Officiales quam eorum fideiuſſores ſunt abſoluti iuxt. conſti. vni. circa Regis Ferdinandi 2. ſub titulo de Officio de meſtre Rationa. pag. 105. Quæ conſtitutio iuri conformis eſt. Etenim, quilibet adminiſ-
51 trator in rationibus reddẽdis ex damnis ex negligentia contingentibus poteſt, & debet onerari iuxt. text. in l. lex quæ tutores, C. de adminiſtr. tuto. & loquendo in adminiſtratoribus Reipublicæ, eſt tex. in l. Magiſtratus, & in l. Imperatores. §. item reſcripſerunt, ff. de adminiſt. rerum ad Ciuit. pertinent. l. 2. C. Tutor, vel curator non geſsit Socin. ſen. conſil. 92. n. 7. lib. 4. Menoch. de arbitra. caſu 309. n. 32. Auiles in c. prætor. 30. glo. 1. n. 2. Bouadill. d. lib. 5.
52 cap. 4. n. 86. Platea. in l. 2. C. de condi. in pub. horreis, vbi dicit, quod ſi adminiſtrator Reipublicæ ſarta tecta non habuit, & ideo triticum in publico horreo reconditum putrefactum, vel aliter deterioratum ſit, tenetur Reipublicæ ad damnum. Crauet. conſ. 132. n. 3. vbi ſubdit, quod vbi ex negligentia adminiſtratoris ſubſtantia adminiſtrata deterior facta fuerit, poteſt adminiſtrator ex tali negligentia ab officio remoueri referens exempla in Iudice, in tutore, in executore teſtamenti in Procuratore, in medico, & alijs vt ibi per eum latius eſt videre. Verum in Cathalonia
53 Officiales reddentes cõputa Magiſtro rationali vbi ipſi reperti fuerint, quod fraudem in eorum rationibus commiſſerunt, puniũntur per eundem Magiſtrum Rationalem in pœnã vndecuplæ, quæ vulgo dicitur (de ſes onze doblaries) iux. pragm. Regis Alfonſi dati in fælicibus Caſtri contra pontem currum 15. Octobris 1441. reconditam in eodem officio Magiſtri Rationali.

(***)

CAPVT XV.

DE BAIVLO GENERALI, ET PROCVRATORIBVS REGII PATRIMONII, IPSORVMQ. LOCATENENTIBVS deq. illorum Assessoribus, & Ministris.

SVMMARIVM.

1 BAIVLVS Generalis, & Procurator Regius Rosilionis, & Ceritaniæ est antiquissimus Magistratus in Cathalonia, & quæ eius officio incumbant, & de quibus cognoscant.

2 Baiulus Generalis, absente domino Rege à præsenti Principatu, occupat merces, Naues, & personas inimicas domini Regis.

3 Baiulus Generalis cognoscit de bonis vacantibus ipsoq. & sui Officiales sunt exempti à iurisdictione Gubernatoris Cathaloniæ, qui nec eius vices gerens possunt in ciuilibus, & criminalibus causis patrimonialibus in prima instantia se intromittere, vt n. 4.

5 Baiuli Generales olim Procuratores Cæsaris, & Comites rerum priuatarum, vel sacri patrimonij appellabantur.

6 Magistratus Regij patrimonij fuit institutus ab Alexandro Seuero Imperatore.

7 Princeps in causa propria suos Iudices speciales habet.

8 Fiscus in causis suis non potest, in alius Iudicem consentire, nec alterius iurisdictionem prorogare.

9 Fiscus siue actor, siue Reus sit, ex quacunq. causa suos Iudices prætaxatos habet.

10 Iudex fiscalis non cognoscit inter priuatos, nisi in causis, quæ à fisco pendent, & assignatur ratio, numer. 11.

12 Baiulus Generalis, Procurator Regij patrimonij, & illorum Assessores obnoxij sunt Regiæ visitationi.

13 Baiulus Generalis intendere, et inuigilare tenetur, circa arrendamenta Regiorum, introitum, et redditum domini Regis.

14 Arrendamēta Regiorum redditum, &

& iurium regaliorum nõ aliter fieri debent, niſi præcedentibus publicis ſubhaſtationibus, vt ſic excludantur, collationes, & fraudes.

15 Subhaſtationes probant iuſtum pretium, adeo vt fiſcus reſtitui non poteſt ad lucrum, neq. locationis contractus reſcindi valet, etiam prætextu læſionis.

16 Contractu perfecto etſi plus offeratur, non debet admitti iterata licitatio, quamuis vniuerſitas ſit læſa.

17 Fides haſtæ fiſcalis neminem decipi debet.

18 Læſio ex noua cauſa ſuperueniens operatur, vt locus ſit reiterationi licitationis, verum, vbi perfecto contractu non adeſt aliqua fraus, tunc non conceditur amplius reiterata licitatio per maiorem oblationem poſtea ſuperuenientem.

19 Amplia vt multo magis procedat, quando contractus coram Magiſtratu, vel Iudice fuerit celebratus: quia tunc omnis ſuſpicio fraudis ceſſare videtur.

20 Baiulus Generalis, & Procurator Regij Patrimonij, locãtes iura Regia, & fiſci vectigalia tenentur illa locare perſonis habilibus, & cũ idoneis fideiuſſoribus, aliter de bonis propriis in viſita ad reſarciendum damnum condemnari poſſunt.

21 Baiulus Generalis, & Procurator Regij patrimonij non debent conducere gabellas, & iura Regia Clericis, nec eos in fideiuſſores accipere, quia Clerici á conductione vectigalium fiſci excluduntur.

22 Idemq. eſt diſpoſitum in familiaribus ſanctiſimæ Inquiſitionis, niſi prius facta renuntiatione fori.

23 Baiulus Generalis, & Procurator Regij patrimonij, non poſſunt locare vectigalia fiſci, & iura Regia Officialibus Regijs, & multo minus pecuniarijs, mulieribus, Minoribus & debitoribus fiſcalibus, aliter in viſita ſyndicari poſſunt, vt n. 24.

25 Baiulus Generalis, & Procurator Regij patrimonij non poſſunt vendere res patrimoniales, & de Regio pairimonio abſq. ſpeciali Principis mandato, aliter in ſyndicatu tenentur.

26 Baiulus Generalis, & Procurator Regij patrimonij non poſſunt vendere bona immobilia fiſci debitoris niſi concurrentibus ſolemnitatibus, & requiſitis hic expreſſis, aliàs tenentur in ſyndicatu, n. 28.

27 Res magni valoris non debet vendi nec diſtrahi pro paruo debito.

29 Magiſtratus etſi Principis ſint, non poſſunt capere bona alicuius, vti in fiſcũ deuoluta ſine literis, & mandato Principis, alioquin ex tali grauamine poſſunt in viſita querelari.

30 Aſſeſſores Baiuliæ Generalis, qui de cauſis fiſcalibus cognoſcunt, tenentur in eis ordinem iudiciarium ſeruare, & qui obſeruatur in Regia Audientia.

Aſſeſſores

81 *Assessores Baiuliæ Generalis vti Iudices Fiscales lite pendente per modum inuentarij, descriptionem bonorum, & rerum de quibus in iudicio controuertitur fieri possunt.*

82 *Descriptio, seu potius incorporatio, cum insignis, & armis, quæ significent rem esse Principis ante sententiam per Assessores Baiuliæ Generalis fieri prohibetur, & vbi fieret pars contra quem facta fuerit potest illos in visita querelari.*

83 *Sequestratio lite pendente fieri inhibetur, sicut, & ipsius rei insiscum incorporatio, & assignatur ratio num. 34.*

85 *Sequestrum lite pendente penes terrium, aut reum, fieri potest, cum fideiussoribus, quando adest legitima suspicio, vel alia iusta causa.*

86 *Iudices fiscales ad fisci petitionem possunt compellere partes tenentes, & possidentes castra iurisdictiones molendina, & alia iura regalia. Quatenus edant, & ostendant titulum investituræ, & traditur ratio num. 37.*

88 *Limita in rebus particularibus per*

priuatos possessis super quibus talis compulsio editionis tituli fieri prohibetur per Iudices, & assignatur ratio num. 39.

40 *Magistratus omnes in Cathalonia syndicari possunt, vbi emerint, per se, vel per interpositam personam, domos, terras, vineas, oliuetta, & alias propietates, quæ pro executione suorum trium annorum venduntur, aut aliter fuerint litigiosæ.*

41 *Baiulus generalis Cathaloniæ, & Procurator Regius Rosilio, nis & Ceritaniæ, non possunt se intromittere sub pœna priuationis suorũ officiorũ, et nullitatis decreto de personis, nec causis ad Officiales ordinarios spectantibus, etiam quod sint arrendatores lasdarum, seu reddituum, & iurium regalium, nec illis licentias portandi arma concedi.*

42 *Plura alia huic Magistratui competunt obseruare, quæ referuntur, in quorum obseruatione vbi Baiulus Generalis, & Procurator Regius Rosilionis, & Ceritaniæ negligentes fuerint in visita querelari poterunt.*

---

1 BAIVLVS Generalis in Cathalonia, & Procurator Regij patrimonij, in comitatib' Rosilionis, & Ceritaniæ, sunt Magistratus antiquissimi, instituti, & ordinati pro recuperandis, & colligendis redditibus Regijs, in eorumque respectiue tribunalibus cognoscitur de causis ad Regium patrimonium pertinentibus, & spectãtibus: vtpote de rebus feudalibus, & Emphyteoticarijs, quarum Rex est dominus directus, ac etiam de lezdis, censib', tributis, cænis, pœnis, mulctis, aliisq; rebus fiscalibus, & fisco Regio pertinẽtibus, provt hæc omnia latè probat eruditis-

ditissimus Regius Senator Antonius Oliba in tractatu de Iure fisci cap. 4. n. 53. cap. 5. n. 15. & c. 14. n. 123. & 125. vbi latè describit omnes res, quæ sunt de patrimonio dominij Regis, quarum tuitio, recuperatio, & defensio pertinet ad Baiulum generalem, & Procuratorem Regij patrimonij, quas per te videre poteris, & Michael Ferrer 3. part. obser. cap. 53. 54. & 55. plura etiam refert de iurisdictione, potestate, ac exemptione Baiuli generalis, & suorum Officialium. Colligitur enim ex d. cap. 53.
2 Quòd absente domino Rege à præsenti Principatu ipse occupat merces, Naues, & personas inimicas domini Regis
3 in cap. 54. Quod ad ipsum Baiulũ generalem spectat cognoscere de bonis vacantibus, & in d. cap. 55. legitur quod
4 Baiulus generalis, & sua curiæ officiales sunt exempti à jurisdictione Gubernatoris Generalis Cathaloniæ, qui & eius Vices gerens in causis Ciuilibus, & Criminalibus patrimonialibus nõ possunt se de illis intromittere in prima instantia: Habet enim iste Magistratus. Maximam auctoritatem, & præheminentiam:
5 Quia Baiuli Generales procuratores Cæsarum appellantur vt not. Belluga in specul. Princip. rub. 6. num. 11. versic. Post hos sedent Baiuli generales. Oliba in eodem tract. de iure fisci cap. 14. nu. 123. dicit Baiulum generalem esse Cæsaris Procuratorem, olim vero Comites rerum priuatarum, vel sacri Patrimonij appellabantur, vt in l. vnica, C. de officio. comit. rer. priuat. l. si quis, C. vbi caus. fiscal. Frec. de sub feu
6 dis lib. 1. in tit. de offic. mag. Camer. n. 2. & 14. Huius Regij Patrimonij Magistratus, ab Alexandro Seuero Imperatore legitur fuisse introductũ, vt, quod
7 ipse Princeps iudicare posset, etiam in causa propria per suos peculiares Iudices determinari valeret, veluti ac si ab ipso Rege iudicaretur, l. 1. ff. de offic. Procura. Cæsar. tot. tit. C. vbi causa Fiscales Frec. in loco citato nu. 13. in quo nõ mediocre Fisci priuilegium versatur contra regulam, C. ne quis in sua causa provt aduertit Alciat. consil. 12. nu. 11.
8 lib. 8. vbi propterea infert, quod Fiscus est formidolosus, qui adeò in suis causis est priuilegiatus, vt non possit in alium Iudicem consentire, nec alterius iurisdictionem prorogare, vt inquit Bald. in l. cum eorum, C. de sentent. Ideòq.
9 Fiscus siue actor, siue Reus sit, ex quacunq. causa suos Iudices prætaxatos habet l. si vacantia, C. de bon. vacant. lib. 10. l. 1. C. de fide instr. eod. lib. l. si constãte § fi. ff. solut. matr. l. cum eorum, C.
10 de senten. cum simil. Inter priuatos autem Fiscalis Iudex non cognoscit, l. procurator, C. vbi caus. fiscal. nisi priuatus, priuatum conueniat ex causa, quæ à fisco pendeat, l. Si vendente, C. eod. l. Si minori, C. De iure fisci lib. 10. quia extra causas fiscales nullam habent iurisdictionem, l. 1. C. de Iurisdict. omni. iud.
12 Iste autem Baiulus generalis, Procurator Regij patrimonij, & illorũ Assessores obnoxij sunt visitationi Regiæ, sicut cæteri alij Officiales iuxta sæpe allegatum capitulum 5. curiæ anni 1599. ideo in ea inter alia de infrascriptis visitari poterint.
13 Et primum cum principalis cura, & solicitudo huius magistratus sit intẽdere, & inuigilare circa arrendamenta omnium regiorum introituum, & redditiuum domini Regis, quæ à Censoribus olim apud Romanos fiebant: vt di-
14 xit Liuius libr. 39. & 43. Ideo oportet, quod Baiulus generalis, & Procurator Regij patrimonij, & in eorum absentia ipsorum Locatenentes solliciti, & vigilantissimè attendant, quod locantes, & arrendantes vectigalia, iura, & tributa Regia domini Regis non aliter illa locent, neq. arrendent: nisi præcedentibus publicis subhastationibus, vt sic excludantur collusiones, & fraudes, quæ inde oriri poterint iuxt. tex. in l. fi. vbi Ioan. de Plat. & Luca. de Penna, C. de Vendend. reb. ciuit. lib. 10.

l. præses

l. præses. C. de Publica. Auendan. in tit. Quæ sint regal. in verbo vectigalia nu. 12. Roland. consil. 90. vol. 1. Menoch. consil. 80. Gutier. de Gabell. quæst. 141. & 150. cũ plurib. seq. D. Borel. de præst. Reg. Cathol. cap. 11. n. 28. vnde Cicero de lege Agrar. contra Rullum ait, *Censoribus vectigalia locare nisi in conspectu Populi Romani, non licet decem viris vendere, vel in vltimis licebit*, aliàs enim locationes nullæ redderentur Gutier. lib. 4. quæst. 58.

15 Ac demum, quia per dictas subhastationes probatur verum, & iustum pretiũ, vt postea fiscus ad luctum restitui non possit, neq. locationis contractus rescindi valet etiam prætextu læsionis iuxt. tex. in l. Lucius §. fin. ff. ad municip. & ibi glos. quæ alia iura allegat. Bart. & DD. in l. Si tempora per illum tex. C. de Fide instru, & iur. hast. lib. 10. idem Bart. Bal. & Angel. in l. 1. C. de præd. decurio. lib. 10. Alex. ad Bart. in l. si quos C. de rescind. vend. Alciat. in respons. 110. num. 2. Alber. in l. & si fine §. quæsitum ff. de minorib. vbi, quod perfecto

16 contractu, si compareant plus offerentes non debet admitti iteratò licitatio, ac si vniuersitas sit læsa, & ita iudicatũ fuisse testatur per tex. in l. 1. & 3. C. de

17 venden. reb. ciuit. lib. 11. quia fides hastę fiscalis non debet decipi, l. Si hypotecas C. de remiss. pignor. cumq. sequutus est Affli&. dec. 11. 340. vbi idem iudicatum fuisse refert contra fiscum Auendan.

18 de exeq. mand. lib. 2. cap. 12. num. 3. nisi tamen læsio causetur ex noua causa superueniente secundum eum, quem sequitur Menoch. in consil. 843. num. 28. consil. 844. num. 33. cum seq. & melius consil. 1121. n. 1. & 2. etenim vbi perfecto contractu non adest aliqua fraus tunc non conceditur amplius reiteratò licitatio per oblationem maiorem postea superuenientem, juxta text. in

19 l. Si minori, C. de Iurib. fiscal. libr. 10. & multo minus quando contractus celebratus fuerit coram Magistratu, vel Iudice: nam tunc cessare videtur omnis suspicio fraudis ad nota. per Bart. in l. frater à fratre num. 3. vers. tertio quæro, ff. de cond. indebit. Alex. in l. transactione in fi. C. de transactio. Alciat. de præsumptio. reg. 1. præsump. 21. Ideoq. vt fiscus facilius inueniat, qui cum eo contrahere valeat,

20 summè oportet, quod omnia prædicta ad vnguem obseruentur, & ipsi Baiulus generalis, & Procurator Regij patrimonij, vtiq. obseruare debent, quod locantes iura Regia, & vectigalia fisci, illa locent personis habilibus, & cum idoneis fideiussoribus taliter autem tenerentur de proprio, & in visita ad satisfaciendum, & relarciendum damnũ condemnari potuerint ad tradita per Ioan. de Plat. & Luca. de Penn. in l. 1. C. de locat. prædio. ciuil. & facit tex. in l. Quicunq. C. de fund. patrimonial. lib. 10. Gutier. de Gabell. quæstion. 133. & & 154. vbi multa discutit de huiusmodi fideiussoribus, & Alfa. de iure fisc. glo. 34. §. 2. & 6.

21 Secundo ex proximè dictis infertur, quod dicti Baiulus generalis, & Procurator Regij patrimonij, non debent conducere gabellas, & iura Regia Clericis, nec eos in fideiussores pro huiusmodi conductoribus accipere, quia clericis à conductione vectigalium fisci excludũtur iux. tex. in §. illam in authen. de sanctissim. Episcopis, & ibi Angel.

22 hoc not. idemq. dispositum est in familiaribus sanctissimæ Inquisitionis, nisi prius facta renuntiatione fori. Similiter q. nec similes locationes in fauorem

23 Magistratuum, & Regiorum Officialiũ firmare debent secundum Bald. in l. Quisquis, C. si cert. petat. Angel. in §. œconomis in auth. de non alienan. Menoch. consil. 843. n. 23. & seq. vol. 9. Alfar. de iure fisci glo. 24. §. 2. n. 77. Gutier. de Gabell. quæst. 132. num. 34. cum seq. vbi ponit alias personas prohibitas à conductione vectigalium fiscaliũ maxime

ximè ſi ſint Officiales pecuniarij de quibus per Bouadill. lib. 3. cap. 4. nu. 35. & cap. 8. Gutier. pract. quæſt. 55. & 56. lib. 4. Mulieribus deniq. minoribus, & debitoribus fiſcalibus minimè licet conducere vectigalia vt ex pluribus iuribus, & Doctorum doctrinis comproba tur per Peregri. de iure fiſci lib. 6. tit. 5. num. 8. 10. & 11. Aliter autem vbi Baiulus generalis, & procurator Regij patrimonij ſimilibus perſonis iura, & vectigalia Regia locarent ex eo in viſita viſitari, & ſyndicari poſſent.

25 Tertio vtique viſitari potuerit vbi vendidiſſent res patrimoniales, & de Regio patrimonio abſq. ſpeciali Principis mandato iuxt. tex. in l. 1. ff. de officio Procurat. Cæſar. l. Fiſcus ad finem, ff. de iure fiſci Bart. in l. 1. C. de fide inſtrumen. libr. 10. vbi ſecus concludit in venditionibus rerum debitoris fiſci.

26 Quarto cum Baiulus generalis, ſeu Procurator Regij patrimonij vendun tur, bona immobilia debitoris fiſci, ſeu quæ immobilium nomine cenſentur, debent ſolemnia prius præcedere antequam ad illorum diſtractionem procedant primum namque requiritur, quod adſit debitum alioquin deficeret venditionis cauſa, & inualida pænitus eſſet venditio, vt nota. Iaſ. in l. ſi non ſortem. §. ſi centũ, ff. de cond. indebi. ſecundum requiritur, quod debitor interpellatus fuerit, & in ſolutione debiti ceſſauerit, vt in l. 2. & 3. C. ſi propter publi. penſitat. glo. in l. 1. eod. titulo Tertium, quod venditio fiat præſente Procuratore fiſci, ſeu commiſſario tribunalis glo. & Bar. in l. 1. C. de fide inſtrum. per illum text. Socin. conſil. 46. numer. 17. volum. 4. Quartum, quod interueniat publicæ ſubhaſtationes per terminum iuris ſtatutæ, l. ſi tempora, & ibi glo. & Doctor. C. de fide inſtrumen. libr. 10. & Bar. in l. Lucius, ff. ad municip. Quintũ, quod in ſubhaſtationibus exprimatur qualitas rei, & quantitas redditus, ne ſub nomine ſubhaſtationis publicæ, fraudibus locus relinquatur, l. ſi quos, C. de reſcind. vend. Sextum, quod bona fide vendantur, l. 2. C. ſi propter public. penſi, ibi ſincera fide l. 1. C. de præſcript. trigita anno. l. ſi quos C. de reſcind. vend. & l. Si minori, C. de iure fiſci & l. 1. C. de fide in-
27 ſtrumen. libr. 10. cum ſimilib. Septimum, quod pro paruo debito, non vendantur res magni valoris, ne priuati debitores nimirum in rebus ſuis grauentur, dict. l. ſi. quos & l. 2. C. de reſcind. vend. octauum, quod in venditionibus non inſerantur pacta inſolita, quia inualida eſſent l. 1. C. de paſc. pub. libr. decim. Franciſ. Lucan. de priuileg. fiſci. numer. nono clauſulæ enim inſolitæ arguunt ſuſpicionem fraudis, Bald. in l. ſi quis ſub conditione, ff. de 1. conduct. inſtrumen. Alexand. conſili. 89. numer. 3. Nonum, quod pro iuſto pretio res vendatur, l. 3. §. diui. ff. de iure fiſci, l. ſi minori, C. eodem l. ſecund. C. ſi propter. public. penſ. ibi iuſto precio, & l. 1. C. de præſcript. triginta. annor. vbi glo. Bartol. & alij, & Decimum, quod res, quæ venditur precio preſente vendatur: non enim fiſci Procuratores vendere poſſunt habita fide de precio: niſi aliter in mandatis habuerint, l. ſi Procurator, ff. de iure fiſci, l. 1. & l. & ſi inſtrumenta. C. de fide inſtrument. lib. decim. l. 1. C. ne Fiſcus, & in dictis iuribus notatur per Glo. Barrol. & ſcribentes, & late Iaſ. in l. 1. C. de officio procurator. Cæſſar. nu-
28 mer. 18. Vnde aliter abſque dictis ſolemnitatibus, venditiones fiſcales facientes, vti contra tot iura procedentes viſitari, & ſyndicari poſſent.

29 Quinto, iſti Magiſtratus etſi Principis ſint, non tamen poſſunt capere bona alicuius vti in fiſcum deuoluta ſine literis, & mandato Principis, alioquin poſſeſſor poteſt defacto

impune resistere casus est in l. prohibitum, C. de iur. fisci libr. 10. & ex consequenti ex tali grauamine poterit illos in visita querelare.

30 Sexto, quia ad Assessores huius tribunalis Regij patrimonij pertinet, cognoscere de causis fiscalibus in illo vertentibus, ideo tenentur in dictis causis ordinem Iudiciarium seruare citata prius parte, etenim planum est in causis fiscalibus citationem esse necessariã l. de vnoquoq. ff. de re iud. c. nos in quẽquam 1. quæst. 1. Clement. Pastoralis de re iudic. omissa autem citatione cõpertum est, sententiam fore ipso iure nullã quamvis latam à Principe supremo d. Clem. Pastoralis, & d. c. nos in quemquam pulchre Decius consil. 544. Et quod in dictis causis teneantur iudicia rium ordinem seruare, not. Bar. in l. 1. C. de conducto, & Procura. lib. 11. & Lucas de Penn. sequuntur Marti. de fisco quæst. 181. Iaf. in prælud. feudorũ n. 50. Decius consi. 61. Rolan. à Vall. consi. 66. col. vlt. vol. 3. & apud nos extat. consit. 48. curiarum anni 1599. in qua disponitur, quod Assessores Baiuliæ generalis, & procurationis Regiæ, committatium Rosilionis, & Ceritaniæ, & aliarum procurationũ regalium, teneãtur seruare in causis in dictis tribunalibus vertentibus, eundẽ ordinẽ, qui obseruatur in Regia Audientia vnde contrafacientes in visita, de prædictis visitari possent.

31 Septimo, licet dictis Assessoribus, vti Iudicibus fiscalibus, licitum sit lite pendente per modũ inuentarij, facere descriptionem bonorum, & rerum de quibus in Iudicio controuertitur, vt in l. 1. §. penult. ff. de ven. in pos. mit. l. 3. & l. fin. C. de bon. vacant. vbi Bart. & Angel. Lucas de Penn. in l. defensionis,

32 C. de iure fisci lib. 10. Cæterum non erit ipsis permissũ, facere descriptionẽ, seu potius incorporationem ante sententiam, cum insignijs, & armis, quæ significent rem esse Principis, quia talis inscriptio, seu incorporatio de iure fieri prohibetur per dictam l. defensionis, & consequenter vbi illa fieret pars contra quam ficta fuerit, vti grauata, poterit ex tali grauamine in Iuditio visitationis ipsos Iudices querelare.

33 Octauo, sequestratio quoq. pendente lite fieri inhibetur, sicut & ipsius rei in fiscum incorporatio d. l. defensionis vbi idem Lucas de Penn. not. & l. fin. C. de bonis vacant. lib. 10. & ratio est.

34 Quia non aliter reus de possessione ejici debet, donec lis finiatur, vt dicunt Guid. Pap. quæst. 366. & Couarru. variarum resolut. cap. 16. n. 9. & sic vbi contrarium fuerit prouisum, & in exequutione deductum, vtique esset grauare partem, de quo grauamine poterit in visita conqueri: cui tamen querelæ

35 locus non erit, vbi adest legitima suspicio, vel alia iusta causa nam tunc reis in sequestro pænes tertium, aut penes reum, præstitis fideiussores deponi potest, l. fi. C. de ord. cogni.

36 Nono, licet isti Iudices fiscales, ad fisci Procuratoris petitionẽ possint, compellere partes tenentes, & possidentes regalia, iurisdictiones, castra, vel alia bona in feudũ quatenus edant, & ostendant titulum inuestituræ, ad tex. in l. 2. C. de fund. limitrop. lib. 11. & ibi adnotarunt, Bart. Ioan. de Plat. & Lucas de Penna Bal. in l. 2. n. 8. C. quomodo, & quãd. Iud. & in l. instrumenta nu. 7. C. de fidecõmiss. Iaf. in prælud. feudo. n. 50. Roma. consi. 163. col. vlti. Afflict. decis. 265. n. 87. Roland. à Vall. consi. 89. nu. 21. & 22. vol. 2. & in consi. 66. col. pen. & vlt. vol. 3. pulchre Gram. consi. 9. qui loquitur in illo, qui habet molendinũ in aquis publicis, quæ de regalibus sunt vt in capit. 1. in titul. quæ sint regal.

37 quæ quidem res per priuatum vti incapacem possideri sine titulo non possunt, vt in cap. contra morem 100. dist. & tot. tit. quæ sint regalia & ex eam causam compelluntur edere titulum

possess-

38 poſſeſsionis. Veruntamen huiuſmodi compulſio extra ſupra dictos caſus fieri nequeunt: etenim licet Princeps quo ad prædicta habeat intentionem ſuam fundatã, non tamen quo ad dominium rerum particularium, quæ per priuatos, vel per aliquam vniuerſitatẽ poſsidentur ſic Abb. in cap. ſi diligenti de præſcrip. Socin. ſen. conſ. 127. nu. 5. vol. 2. Alex. conſ. 76. col. fi. lib. 2. Corn. conſ. 282. col. 2. lib. 4. Deci. conſ. 528. n. 9. Afflict. in c. Imperialẽ. §. illud n. 30. in tit. de prohib. feud. alien. Et ex cõſequenti ſuper rebus particularibus per priuatos poſſeſsis non poterunt dicti Iudices eas cõpellere, vt titulum poſ-
39 ſeſsionis doceãt. Quia ſecundum iuris regulas poſſeſſor non tenetur probare, nec dicere titulum ſuæ poſſeſsionis, l. in ſpeciali, ff. de rei vind. l. cogi. C. de peti. hæred. cum ſimilib. Ac ideo vbi ſuper his partes compellendo grauarent à tali grauamine in viſita querelari poterunt.

Decimo viſitari vtiq. poterint omnes iſti Magiſtratus quotieſcunq. emerint per ſe, vel per interpoſitam perſonam domos, terras, vineas, oliuaria, aut alias proprietates, quæ venderẽtur pro exequutione ſuorum tribunalium, aut alias fuerint litigioſæ, quia prohibitum eſt eis ſimiles proprietates emere, iuxt. capit. curiæ 49. curiarum anni 1599.

Vndecimo Baiulus generalis Cathaloniæ, & Procurator Regius Roſsilionis, & Ceritaniæ non poſſunt ſe intromittere de perſonis, nec cauſis ad Officiales ordinarios ſpectantibus quantumvis ſint Arrendatores læſdarum, ſeu reddituum, & iurium regalium, nec etiam poſſunt concedere licentias portandi arma, nec alias exemptiones ſub decreto nullitatis, & priuatione ipſo facto ſuorum officiorum iux. conſti. 1 Reginæ Mariæ incip. ab ſerie ſub tit. de Balle general pagi. 16. & ibi Mier. p. 2. cap. 23. coll. 10. fol. mihi 37.

Deniq. plura alia huic Magiſtratui competunt obſeruare interq; pertinet prohibere ne arma, plumbum, ſulfureus puluis, pix, equites, & alia ad bellum pertinentia à Regno extrahantur vt in l. 1. C. vt armor. vſuf. Pont. de Pro rege titul. de diuerſ. prouiſio rubr. de arm. n. 1. cum ſeq. Ac etiam competit prohibere extractionem victualiũ maximè tempore neceſsitatis, ſeu penuriæ vt not. Canoniſtæ in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ de conſtitu. Silua in conſil. 35. n. 32. Roland. à Vall. conſ. 3. n. 13. vol. 2. Brun. conſ. 151. vol. 2. Franc. March. deciſ. 230. et 236. p. 2. Socin. iun. cõſ. 76. vol. 4. Pancirol. conſ. 116. n. 22. Bertaz. conſ. 83. in criminal. vol. 1. Surd. conſil. 210. numer. 9. volu. 2. & 558. vol. 4. late Auil. in cap. 52. prætor. per tot.

Rurſus alia quã plurima ipſorũ officio incumbunt de quibus extant pragmaticæ Regis Alfonſi 4. in tit. de Officio Baiulis generalis in 2. vol. cõſt. pag. 48. & ſub eod. tit. in primo vol. conſt. pag. 106. & ibi Mier. in loco proximè citato, Oliba de iure fiſci cap. 5. num. 15. & cap. 14. num. 123 & ſeq. & nouiſsime per Maſtril. in tract. de Magiſtra. lib. 5. cap. 9. In quibus obſeruandis vbi negligentes fuerint vtiq. de illis in viſita viſitari, & ſyndicari poſſunt.

(§)

CAPVT XVI.

DE REGIIS VICCARIIS, BAIVLIS, ALGVTZIRIIS, ALIISQ. OFFICIALIBVS IVRISDICTIONEM exercentibus.

SVMMARIVM

1 VICCARIVS Regius, & cæteri Officiales visitari possunt, vbi pro officio obtinendo pecuniã dederint, & assignatur ratio, numer. 2.

3 Officia cum venduntur, quæ mala, & in commoda sequantur.

4 Officia nullus emere, aut ambire debet.

5 Officialis ante administrationem officij iurare debet, se pro eo nihil soluisse, aut promisisse, alias est puniendus.

6 Officialis, qui pro officio iurisdictionali pecuniam dederit, efficitur inhabilis ad ipsum officium regendum, & eo priuatur de iure Cathaloniæ, & qui illud vedit, aut donat pro denarijs mortaliter peccat, & traditur ratio, ibidem numer. 7.

8 Offerens aliquid pro officijs, & insaculationibus munerũ, seu officiorũ Domus Deputationis, est inhabilis ad obtinendum dicta officia.

9 Ambitus crimen graue, & detestabile est, pluraque ex eo sequuntur incommoda, & damna vide non nulla curiose vsque numer. 10.

11 Viccarij, & Baiuli cæteriq. alij Officiales debent seruare dominium, & honorem Regis, ipsiusq. iurisdictionem defendere, & manutenere omniaque alia custodire, quæ vassallus domino suo custodit.

12 Vnus Officialis, non debet se intromittere, de officio alterius.

13 Vsurpando alterius iurisdictionem, quis extorsionem committit.

14 Doctor pro debito ciuili carcerari non potest, nec etiam inuitus ducere ad curiam, aliter Officiales tenentur, & puniuntur.

Viccarij

14 *Viccarij,& Officiales tenentur in ſyndicatu quando indebite aliquem carcerauerint,& aſsignatur ratio ibidem,num.15.*

16 *Conuicia dicens Officialis,iniuriarum actione tenetur,et quandeque etiam de vulnere,percuſsione,& homicidio,num.17.*

18 *Viccarij non poſſunt, abſque crimine fragranti , capere aliquem ſine Iudicis mandato , in ſcriptis, quod etiam capiendo oſtendere tenentur.*

19 *Officialis ſicut temere innocentẽ capiens,tenetur de iniuſta captura,ita capturam iuſtam denegans,in ſyndicatu conuenitur; & conſequenter vbi fuerit negligens in capiendo malefactorem.*

20 *Viccarius tenetur ſi de maleficio non inquirit , & aſsignatur ratio, numer.21.*

22 *Officialis non faciens , quod ratione officij facere tenetur,præſumitur eſſe in dolo.*

23 *Negligentia dicitur peccatum mortale , in Officiali,qui ex officio obligatur aliquid facere , quod & in Prælato procedit n.24.*

25 *Viccarij,Baiulij,& alij Officiales tenetur in ſyndicatu, ſi carceratum in carceribus ſubterraneis,& foueis poſuerint.*

26 *Viccarij tenentur in ſyndicatu , ſi carceratum pro leui delicto, in carceribus ſubterraneis , & foueis ligatum cum maniuis , Cippis, & ferreis , longo tempore detinuerint.*

27 *Viccarij , Baiuli , & alij Officiales delictum in eorum officijs committentes mitius puniuntur.*

28 *Viccarij & alij Officiales , ſi vident rixantes , & ad arma ruentes , debent occurrere ad ſedandum rixam , cum eorum familia , alias poſſunt officio priuari.*

29 *Vicarij non poſſunt hoſpitari aliquem in domo Doctoris , eo quia Doctores ſunt exempti ab onere hoſpitandi , aliter in ſyndicatu tenentur.*

30 *Militum hoſpitium eſt onus reale, & quid habere ipſi milites debeant, pro ipſa hoſpitio.*

31 *Milites deficientibus ſtipendijs, caſtra potius deſerere,quam ex alieno viuere debent.*

32 *Officiales , & Magiſtratus quando initinere hoſpitantur nulla dona capere debent : ſed proprijs ſumptibus viuere tenentur.*

33 *Vicarij in Cathalonia cum proſequuntur proceſſum ſoni emiſsi , non poſſunt compellere agricolas ad dandum panem, et vinum hominibus de exercitu.*

34 *Officiales miſsi per Cathaloniæ Principatũ;non debent vitualia minori*

precio emere, quam venduntur in foro publico: nec eis Vniuersitates vendere viliori precio compelluntur.

35 *Vicarij* tenentur de excessibus, sui exercitus commissis de ipsorū mandato, vel ipsis consentibus pro quibus syndicari possunt.

36 *Compositiones* delictorum omni iure sunt prohibitæ, et redditur ratio ibidem num. 37.

38 *Compositio*, vt valeat fieri debet, ante sententiam, & sic inquisitione pendente.

39 *Compositio* post sententiam facta non valet.

40 *Compositio* tunc est permissa, quando fit cum personis honestis, quarum correctio verisimiliter speranda est, secus cum seditiosis latronibus, & aliis similibus, quod & de iure municipali Cathaloniæ procedit num. 43.

42 *Compositio* facta parte non concordata, minimè valet.

43 *Princeps* admittens reum, ad compositionem rescribere debet, sine præiudicio partis offensæ, alias peccaret.

44 *Officiales* Regij ordinarij, & delegati cuiuscunq. præheminentiæ sint, non possunt in Cathalonia pro compositione criminosi aliquid recipere: nisi parte læsa prius satisfacta sub pœna priuationis officij, & centum morabatinorum.

45 *Vicarij* Regij in Cathalonia nō possunt componere vagabundos, nec Bomianos, seu Aegyptianos guidare, sub pœna centum librarum, & priuationis officij.

46 *Compositio* pro crimine sacrilegij, fieri non potest in Cathalonia, donec ille, qui manus violentas in clericum, seu religiosum imposuerit, plenarie satisfecerit & absolutionem a Romana Ecclesia obtinuerit.

47 *Vicarij*, & Iudices nedum possunt Reis Guidaticum seu Saluum conductum concedere parte læsa non satisfacta, verum nec Bannitos aggratiare, nec famam restituere quinimo contrafacientes in syndicatu tenentur n. 47.

48 *Vicarij*, & omnes alij Officiales personaliter seruire tenentur, non autē per substitutum, & quæ sit ratio ibi num. 49.

50 *Officialis* non potest à loco administrationis recedere sine licentia, aliter priuatur salario, quod, & de iure municipali Cathaloniæ procedit nu. 51.

52 *Officiales* Baronum recedentes à loco administrationis sine licentia priuantur officio.

53 *Prorex* tantum dat licentiam officialibus, recedendi à loco, vbi officium administrant.

54 *Vicarij*, & alij Officiales syndicantur de absentijs in eorum officijs commissis, sine licentia.

55 *Officialis* salariatus, nō potest aliquid recipere à subditis, alias in syndicatu tenetur, et assignatur ratio, n. 56.

Officia-

57 *Officialis finito officio recepit ſalarium vſq ad aduẽtum ſucceſſoris, quem expectare debet, alias punitur in ſyndicatu n.58.*

59 *Officiales in vna die plures executiones facientes, vnam tantum dietam recipere poſſunt, etiã, quod plurimorum negotia eadem die fecerint, & traditur ratio iſtius prohibitionis n.60.*

61 *Algutzirius, & executores, exeuntes extra ciuitatem ad executionem faciendam, pro eundo, & redeundo, non debent percipere: niſi pro vno itinere, licet facere debeãt plures executiones in diuerſis locis aliter ad reſtitutionem tenentur, & puniuntur.*

62 *Viccarij Baiuli, et alij officiales nihil à ſubditis recipere debent præter iuſtum ſalarium, aliter in ſyndicatu tenentur.*

63 *Ampliatur etiã à violentibus ſponte dare vltra ſibi debitum, non tenentur recipere, & aſſignatur ratio n.64.*

65 *Notarius ancianorum, ſi eſt ſalariatus de publico, non poteſt aliquid accipere etiam à ſponte dante.*

66 *Officialis obnoxius eſt anotare in libro, quicquid exigit, & quantũ, & de receptis reddere compotum Magiſtro rationali.*

67 *Viccarij in Cathalonia non poſſunt recipere ſeruitia: niſi parum de cibo, quod paucis poſsit conſumi diebus ſub pœna priuationis officij.*

68 *Inhumanum eſt nihil pœnitus recipere ideoq permittitur aliquid minimũ breui tẽpore periturũ recipere.*

69 *Munus magnum recipiens officialis præſumitur, in eo auaritia, ſignũque eſt lupi rapaſis: ideo ei munera magna recipere prohibetur.*

70 *Munera excæcant lumina ſapientiũ, & mutant verba iuſtorum.*

71 *Officialis nihil vltra ſalarium ei conſtitutum à litigantibus recipere debet.*

72 *Officialis ſi plus accipit, quam ſibi competat, mortaliter peccat, et ad reſtitutionem tenetur.*

73 *Officialis in Cathalonia ſalarium vltra taxã recipiens punitur pœna reſtitutionis dupli, & priuationis officij.*

74 *Salarium iuſtum, & competens debet conſtitui officialibus, et Magiſtratibus, quod que laboribus correſpondeat.*

75 *Leges abhorrent, homines ſine præmio laborioſis officijs fatigari: quia non permittunt neminem in paupertate viuere, nec in anxietate mori. Quod & à iure diuino procedit.*

76 *Magiſtratus, & Iudices diuitijs abundare debent, id ſiquidem Reipublicæ intereſt.*

77 *Paupertas, & inopia in Magiſtratu, & Iudice, iuſtitiæ adminiſtrationi nociua eſt nõ nulla circa pauperatem, & diuitias curioſe notantur.*

78 *Vicarij in Cathalonia oportet, quod sint diuites, vel saltim quod mediocritatem fortunarum habeant.*

79 *Vicarij, & Potestates terrarū debēt pauperes, & miserabiles personas iuuari, & defendere, ne opprimātur à potentioribus, alias in syndicatu tenentur, & à Deo redarguentur.*

80 *Donationes, & oblationes potentum, qui pauperes opprimunt, à Sacerdotibus refutandæ sunt in pœnam oppressionis.*

81 *Vicarij, nec alij Magistratus prouincias regentes, negotiari, nec contrahere possunt cum eorum subditis, et assignatur ratio n. 82. vbi, quod alter facientes in syndicatu tenentur.*

83 *Vicarius in loco officij prædium per se vel per alium emere non potest, & minus quando venditur vi, et districtu suæ curiæ, & redditur ratio num. 84.*

85 *Vicarij ementes victualia, vili pretio cum minis, & terrore syndicari possunt, licet eis permissum est, vbi talia victualia ad emendum non inuenerint, iusto pretio soluto impune à subditis auferre, & assignatur ratio ibi n. 86.*

87 *Vicarij tenentur de comissis, per suos Officiales, & familiares, si delinquūt in officio, vel ratione officij, & traditur ratio sub n. 88. 89. & 90.*

91 *Vicarius, & Magistratus, vt non teneatur pro familia debet ei resistere, & contradicere. Quando videt aliquid iniuste agere.*

92 *Ignorantia non prodest Vicarijs, nec alijs magistratibus super delictis, & factis suorum Officialium.*

93 *Disposita in sciente, habent locum in scire debentem.*

94 *Scire dicitur aliquando per vehemētem opinionem.*

95 *Ignorantia crassa, & supina non excusat.*

96 *Officialis obnoxius indagare aliquid, ratione sui officij, præsumitur in eo scientia, & consequenter tali casu ignorantia ipsum non excusat.*

97 *Excusatio non potest esse Pastoris, si Lupus oues comedit, & pastor nescit, eum teneatur inquirere, & curam de ouibus suis habere.*

98 *Vicarij, & alij Magistratus tenentur pro vxore, matre, & filijs, & traditur ratio n. 97.*

99 *Vicarius cogitur exhibere Officiales & domesticos, vt conueniantur, velvt testimonium ferant de his, quæ in officio fecerunt.*

100 *Officialis committens homicidium, furtum, adulterium, vel aliud simile delictum, fauore, calore, et auctoritate officij à visitatore punitur in syndicatu.*

101 *Vicarij, Baiuli, Algutzirij, et alij Officiales iurisdictionales tenentur, in pluribus alijs casibus quos vide remissiue.*

1 VICCARIVS Regius in Cathalonia, qnod de iure cõmuni idem eſt, quod Prætor, cæteriq. qui baculum iuriſditionale, ſeu inſigniam iuſtitiæ deferunt. Nec non etiam reliqui alij Officiales, & miniſtri iuſtitiæ, cuiuſcũq. ſtatus, & conditionis exiſtant, videtur in hoc viſitationis Iudicio ſummè neceſſarium fore, illos primum inquiri, ſyndicari, & viſitari debere, num pro
2 officio obtinendo peccuniam dederint, etenim qui pecuniam dat pro officio habendo malum animum habere præſumitur ad tex. in l. 2. C. de muri legul.
3 lib. 10. Martin Lauden. de Official. domino. §. 58. cum vt plurimum iſti emptores, vt extorqueant precium, quod pro officio dederunt, & aliquid amplius in eo lucrentur, multa peccata committunt: nam lites excitant, & prorogant de induſtria, & pecunias perfas, & nefas, acquirũt, ac cupiditatem ſuam exculant, ac tegunt dicentes: officium hoc emi, neceſſe eſt, vt ex officio meis pecunijs empto viuam, & aliquid lucri faciam. Vnde D. Grego. in Epiſtol. 110. & 114. lib. 7. Gaeta. in verbo officiorũ ſecularium venalitas, & latius Soto de iuſt. & iure lib. 10. quæſtion. 6. artic. 4. Bartholom. Fum. in ſua ſumma aurea in verb. officiorum venditionem periculoſam eſſe, & è Republica exterminãdã dicit, ob tot, & tanta mala, quæ inde ſequũtur; cum neceſſarium ſit, quod qui emit, vendere habeat, & vbi iuſtitia venditur, quid boni in Republica eſſe poteſt. Et propterea Alex. Seuerus (vt refert Lampridius in eius vita) dicere conſueuerat, ſe nolle dignitates, & Magiſtratus vendere, quia, qui emerint neceſſarium eſſe, vt vendant ad recuperandas pecunias, iam expoſcitas, quod optimè dixit D. Thom. quæſtion. 7. diſput. 5. princip. 2. quæſtio. 5. in fine ibi, *Cum officium ſub mercede venale diſponitur, nihil niſi ad recuperandum precium attenditur.*
4 Qua de cauſa iure ſtatutum eſt, quod ad officia nullus pecunia data, vel ambitione promoueri poſsit, vt eſt tex. & glo. in l. fi. C. ad l.
5 Iul. repetund. imo cum promouentur ad talem dignitatem, vel officium, iura re tenentur Officiales, quod pro dicto officio nihil dederunt, neq. in futurum dabunt, quod etiam in Cathalonia per Officiales domus deputationis præſtatur, vt legitur in cap. 4. curiæ generalitatis Cathaloniæ curiarum anni 1533. Et huius iuramenti forma de iure cõmuni deſcribitur in auth. ius iurand. quod præſt. ab his. Cuius præſtatio adeo neceſſaria eſt, q9 ſi omittatur punitur Officialis, Conrad. in Templ. Iudic. lib. 1. cap. 1. §. 3. verſic. abuſus tollere, num. 8. Petr. Grego. Tholoſ. de Repub. lib. 2. cap. 6. num. 17. Bouadil lib. 1. cap. 14. n. 15. Maſtril. lib. 1. cap. 20. nu. 36. Et ideo præſtito dicto iuramento per Officialem, vbi poſtea illo contemplo aparuerit ipſum pecuniam dediſſe, ſoluiſſe, aut promiſiſſe: eſt certum vti de publico crimine impetitum in viſita, ſeu ſyndicatu accuſari poſſe, & repertum de tali crimine conuictum puniri pæna impoſita in dict. l. fin. C. ad l. Iul. repetund. ſicuti probat etiam Belluga. in ſuo ſpeculo rubr. 26. in §. Princeps n. 2. & ſeu pæna infamiæ de qua Iodoch. Damhauder in pract. crimi. cap. 131. n. 12. Et
6 de iure municipali probatur in conſt. 1. 2. 12. & 13. ſub titulo de perſonas prohibidas regir officis. In quibus diſponitur, quod Officialis, qui pro obtinendo officio iuriſdictionis pecuniam dederit, mutuauerit, vel de parte prouentuũ ipſius officij obligationem aliquam fecerit, ſeu de ipſis prouentibus aſsignationem aliquam impetrauerit, ad regendum ipſum officium efficitur inhabilis, et quicquid ipſe, vt Officialis egerit erit irritũ, et inane, et not. ibi Mier.

par.

part.1.coll.4.cap.4.num.10. fol. mihi 422. vbi, quod Officialis officium cõtra prædicta obtinens, est priuatus officio ipso facto. Et alibi idem Mier. part.3. cap.14.de ambitu,& ne officia pro pecuniis conferantur,num.3.5. & 6. dicit quod officia iurisdictionis siue sint petitua,siue temporalia non possunt cõcedi pro pecuniis,donis,mutuis, muneribus promissionibus, vel obligationibus. Et qui talia officia vendit, donat, aut commendat pro denarijs mortaliter peccat:vt ibi latius est videre. Hinc dominus Rex Iacobus Primus in cõst. 7. incip. statuim titul. de offici de Veguers pag. 115. promisit, quod pro instituendo Vicarium non reciperet ab eo pecuniam nec mutuum, & ibi Mieres part.1.cap.14.coll.1. fol. 5. reddit rationem. Ne Vicarij, postquam officium
7 emerint iustitiam vendant. Hinc Iacob.de Graff. decis. aur. casum conscientiæ part.1.lib.2.cap.99.num.7.dicit,quod dignitates sæculares,habentes administrationem, vel iurisdictionem peti,precibus non debent, & si petantur:quia inuerecunde petuntur, ij, qui petunt tanquam abitiosi, & temerarij, projci debent, & eo magis si pecunia consequantur. Et conferunt his capitula curiæ 2.& 4. reformationis generalitatis Cathaloniæ cur. anni 1533.in quibus prohibetur pecuniam dare nec recipere pro officijs domus Deputationis sub pœnis in dictis capitulis contentis, & in cap.21.nouæ reformationis dictæ generalitatis curiarum anni 1599. in fine, vbi curia declarat fore inhabiles eos,qui pro intæculationibus officiorũ domus Deputationis,aliquid dederint, aut dare promiserint Deputatis, & Au
8 ditoribus computorum. Graue enim, ac detestabile est,crimen ambitus: legitur enim tale crimẽ maximopere Deo displicere secundum D. Bernardum di cetem. Quoties hominibus præsse desidero,Deum meum præire contendo, & tunc non sapio quæ Dei sunt. Pau-

ter dicit D.Chrysostomus super Matt. & in cap.multi.100.distin. Quicunque primatum desiderauerit in terra,inueniet confusionem in cœlo, nec inter seruos Christi computabitur.Quod nobis etiam Christus ostendit,qui aufugit cum Regẽ eum facere voluerunt.Ioan. 6.ob quod cõcludit Apost.ad Hebræ.5. *Nemo sibi assumat honorem, nisi qui vocatus fuerit, sicut Aaron, sic et Christus non semetipsum clarificauit, vt Pontifex fieret:Sed qui locutus est ad eum:Filius meus es tu, ego hodie genui te,quemadmodum, et alibi dicit. Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.* Cui optimè concordat,quod legitur de Beato Matthia Apostolo,qui sorte,idest Dei gratia, ad Apostolatum assumptus fuit Lucæ in actis Apostol. cap 1. ibi: *Cecidit sors super Matthiam.* Non aliter enim clericia, dignitates,& honores ambire debemus:quia periculã, & damna inde nobis sequuntur,& omnia inutiliter agimus, & Deo, vt diximus, displicimus iuxt. illud Matth. cap. 10. vbi dominus dixit Matri filiorum Zebedæi primatum pro filijs petenti, nescitis quid petatis.Lucifer Angelus ambijt sibi parem Dei sessionem parari, & cæcidit. Adam dum audiuit, & eritis sicut dij scientes bonum,& malum, gustauit, & pœnas luit. Absalon occisus est,quod voluerit inter alia, primatum patri arripere,Reg.2.ca.16.& 18.Hinc Paulus de Palacio Theologus grauissimus super Matth.cap. 20. inquit. Nescitis igitur quid petatis,credidis vos petere honorem, & petitis summũ onus, summum periculum, petitis calicem exultationis, & vere non est exultationis,sed continuæ passionis.Quia vt inquit Innocentius Tertius Papa libro de miseria conditionis humanæ. Ambitiosus semper est pauidus, semper attentus,

tentus, ne dicatur, quod displiceat, humilitatem simulat, affabilitatem exhibet, benignitatem ostēdit, subsequitur, & obsequitur, cunctos honorat, vniuersis inclinatur, frequentat curias, visitat, optimates assurgit, amplexatur, applaudit, & adulatur, vnde finis honoris ambitus nihil aliud est, quam pœna, tristemq. producit effectum. Iuxta illud, quod solitus erat dicere, D. August. in lib. de Ciuitate Dei. Plerūque potestas, quæ petitur præmit, quid enim aliud est potestas culminis, nisi tempestas mentis in qua cogitationum procellis semper nauis cordis quatitur? huc illucque incessanter impellitur, vt per repentinos excessus oris, & operis, quasi per obruentia saxa fragatur? dicit Gregor. in pastorali, & Claudianus. *Tolluntur in altum vt lapsu grauiore ruant*, Hinc Arist. 8. Ethic. Principatus. *Quanto maior, tanto instabilior: quanto sublimior ascensus, tāto lapsus periculosior.* Dicit Diuus Hieronymus ad Demetriadem. Quare Moyses, qui ambitiosus non fuit, Dei populum Principatum renuit, vt patet. Exod. cap. 3. & 4. Et Hieremias dum mitteretur ad prædicationis officium, dixit: *A, a, a, Domine nescio loqui: quia puer ego sum patet.* Hieremiæ capit. 1. Marcus Euangelista ne assumeretur ad Sacerdocium policem sibi fecit amputari. D. Gregor. in Papam electus se abscondit. D. Hieronymus Cardinalatum renuntiauit. Sanctus Ambrosius ne Archiepiscopus fieret meretrices ad domum ire fecit. Sanctus Thomas de Aquino Archiepiscopatui Neapolitano renunciauit, similiter Sanctus Vincentius ordinis eiusdem, Sanctusque Raymundus de Pennafort Gothalanus grauissimus Doctor Iurisperitus, & Theologus vltro se suis Episcopatibus abdicarunt, infinitique alij adduci possent pro negocij huius exēplo, placeat tamen tibi optimè lector de honore ambitu, hæc dixisse, vt vere scias, quam iustum, quantumue dignum sit, nequis ad munera, & officia, pretio, vel ambitione promoueantur, & contrafacientes condigne puniantur.

10 Secundò Vicarij & Baiuli, reliquiq. officiales præcipuū eorum munus est, dominium, & honorem domini Regis seruare, illiusque iurisdictionem manu tenere, custodire, & defendere, diligenterq. damnū ipsius Regij pro posse euitare, & si euitare non valuerint, domino Regi illico certificare: quia tenētur omnia custodire, quæ vassallus domino suo custodit, scilicet incolumens, tutum & omnia alia, quæ ponuntur per text. in cap. de forma 22 quæst. 5. & in tit. de forma fidelitatis cum titul. sequent. in vsib. feudo. not. in terminis. Auiles in cap. 1. Prætor. glos. seruicio, num. 1. fol. mihi 40. & respectu iurisdictionis latè Bouadill. lib. 2 cap. 19. num. 3. 4. 32. 48. 49. & 50. & nostras Mier. part. prima, coll. 4. cap. 7. num. 18. fol. mihi 81. & in eadem part. 1. coll. 4. cap. 38. num. 4. fol. 70. Vbi quod officiales in Cathalonia syndicantur, quando fuerint negligentes, in custodiendo, defendendo, & manutenendo iurisdictionem, & iura Regia, vt ibi per eum latius est videre.

11 Tertiò syndicari, & visitari possunt, quando alterius officialis iurisdictionem vsurpauerint, ex eo: quia vnus officialis non debet se intromittere de officio alterius officialis, neque officio alterius se implicare iuxt. text. in l. 2. C. de executo. & exactor. lib. 12. notat. Bellug. in specul. Princip. rub. 38. §. conquerantur num. 10. & etiam, quia vsurpando alterius iurisdictionem capit sibi iura competentia alteri officiali, & consequenter extorsionem committit, ideoq; merito visitari possunt: probat Ioseph. Cumian. in praxi de syndicat. cap. 8. num. 23. qui alios allegat.

12

13 Quartò syndicari possunt, quotiescunq. pro debito ciuili doctorem tapetrent;

rent, quem pro debito ciuili minimè carcerari posse probat text. in l. medicos ibi in glos. in verb. exhiberi, C. de professo. & medic. lib. 10. Bart. in l. si libertus ff. de in ius vocand. Iason. in l. generaliter in fine, ff. eod. Ripa. in l. miles ff. de re iudicat. Matheus. singul. 50. incip. Nota quod legum Doctores Tiraquel. de nobilitat. capit. 20. num. 136. Duenn. reg. 190. in 5. amplit. Conrad. in practicar. tit. de captura, numer. 16. Menochius de arbitra. casu 88. num. 7. & fuit ita decissum in nostra Regia Audientia Cathaloniæ testatur don Ludouic. à Peguera decis. 165. per tot. Qua de causa Iudices, & officiales contrauenientes in syndicatu teneri scripserunt Baldus in l. 1. C. qui bonis cedere poss. Paris. de Pute. de syndicat. in verb. Doctor. capit. 1. num. 1. vbi, quod nec etiam ducere ad curiã fol. mihi 104. plures refert Farin. quæst. 27. num. 80.

14 Quintò tenentur etiam in syndicatu, vbi aliquem in debitè carcerarent, vt posti Cyn. Bald. & alios tradidit Parisius de Puteo de syndicatu, in verb. captura, capit. 1. incip. An Iudex numer. 14. & capit. 2. incip. quia plerunque num. 3. & 4. in fine Iodoch. in practica. crimin. titulo de citatio real. num. 9. & prædictorum ratio est,

15 quia per capturam infertur capto ignominia cum graui, & irreparabili præiudicio: vt per Bald. in l. per diuersas, C. mandat. in 10. quæst. & in l. si Clericus col. 2. C. de Episc. & Clericis, Iason. in l. 4. §. si quis condemnatus num. 12. & seqq. ff. de re iud. Neuizan. consil. 52. num. 8. Rolan. consil. 17. num. 1. vol. 3. & consil. 65. numer. 16. eod. vol. 3. latè Hortens. Cualacan. de Brach. regal. part. 2. num. 33. Clar. in practica. §. fin. quæst. 28. verific. Scias autem, Farina. quæst. 27. nu-

16 mer. 134. & 135. Et maximè tenentur, vbi in actu capturæ, captum, contumelijs, seu conuicijs afficerent, aut corporalibus iniurijs fatigarent, vt notat. Foller. in practica. crimin. in verb. Notatos capiat, numer. 16. Iodoch. in practica. criminal. cap. 15. de citatione reali, num. 27. vbi ampliat etiam, quod capiendus pœnam mortis mereatur. Boer. decis. 170. num. 6. Ioseph. Cumian. de syndicatu. cap. 9. num. 19.

17 Quia non est permissum officialibus capiendos, iniurijs, & contumelijs afficere, minusque percutere vulnerare, nec occidere. Ideoque talia perpetrantes, non solum tenentur de iniuria, de percussione, de vulnere, & homicidio, vt in l. omnes §. præterea nullus, C. de Episcop. & Clericus l. fin. C. de malefic. & mathemat: Sed etiam grauius puniri debet cum abutantur iustitiæ calore; & publica auctoritate.

18 Sextò tenentur etiam in syndicatu, quoties absque crimine fraganti caperent, seu carcerauerint aliquem, absque licentia, seu Iudicis prouisione, quam in scriptis in actu exequutionis capto ostendere debent, vt notat Bald. in l. si quando quæst. 12. C. de testibus Iason. in l. cum proponas, num. 7. C. de pact. Baldus, & Salicet. in l. neminem, C. de exhibend. reis Bonacos. communiter. opinion. titul. de malefic. rubric. de carcer. verb. carceratum eximens, col. 2. lib. 3. Angel. de malefic. in verb. fama, numer. 54. not. in terminis Auiles in cap. 35. Prætor. glos. Mandado, num. 1. & 2. fol. mihi. 225.

19 Septimò sicut officialis temerè innocentem capiens, tenetur de iniusta captura, ex traditis per Paris. de Pute. de syndicatu. verb. captura, cap. 1. numer. 14 & cap. sequent. numer. 3. & firmat etiam Baldus per text. ibi in l. 2. C. de his, qui latron. Ita etiam capturam denegans, absque dubitatione aliqua potest in syndicatu conueniri; secundum Socinum in l. plerique num. 18. ff. de in ius vocand. Idem Puteus in dict.

dict. verb. Captura, cap. 2. ſub num. 1. in fine, Viuius deciſ. 121. num. 6. & 9. & pariter etiam tenetur, quando fuit negligens in capiendo malefactorem notat Farinac. quæſt. 32. numer. 20.

29 Octauò tenetur quoque Vicarius, ſi non inquirit de maleficio, quandò eſt notorium, vel quando fuit ei denuntiatum: tenent Bald. in l. 1. §. Magiſtratibus, ff. de magiſtr. conuenied. Ripa. in l. 4. § hoc autem iudicium n. 95. ff. de damno infect. Amod. de ſyndic. num. 78. & 79. 81. & 82. Pariſ. de Put. in verb. Negligentia, capit. 4. num. 8. & cap. 5. num. 1. & ſeq. Rondinel. in ſimili tractat. num. 32. & ſeq.

21 Farin. quæſt. 111. n. 533 & 534. Et prædictorum ratio eſt, quia eo ipſo, quòd delictum eſt ſibi denuntiatum, vel eſt notorium dicitur conſtare de ipſius Vicarij negligentia, pro qua in ſyndicatu tenetur cum negligens in inquirendo, & puniendo delinquentem dicatur, eius fautor, & conſocius patrati criminis, cap. quanto, de ſentent. excommu. cap. nec regimini. 1. quæſt. 2. capit. negligere 2. quæſt. 7. capit. error 23. diſtinct. ex quo talis Vicarius puniri poteſt, non pœna corporali: ſed pecuniaria fiſco applicanda, notat. Amodeus in tractatu. de ſyndicat. numer. 83. verſic. ſed ſi fuit negligens, Farinac. dict. quæſt.

22 111. numer. 553. Nam quandò quis ex officio tenetur aliquid facere ſi negligenter ſe habet præſumitur eſſe in dolo Ancharran. in conſil. 158. ex narratis in facto, collat. 6. Socin. in

23 conſil. 2. col. 2. lib. 1. Vbi quod negligentia dicitur peccatum mortale in eo, qui ex officio obligatur quid facere. Calder. conſil. 4. in fine in tit.

24 de conſuetu. Vbi, quod negligentia in Prælato dicitur peccatum mortale per text. in cap. dictæ 81. diſtinct. & in capit. cura. 1. quæſt. 1. Ioann. Andre. in capit. quanto, de officio ordin. & tex. in cap. ordinationes 8. quæſt. 1. vbi dicitur, quod ſi Iudex non inquirit de eo, quod debet inquirere tenetur in ſyndicatu, quia præſumitur in eo ſcientia, vel culpa notat. Auiles in cap. 2. Prætor. in glo. En juſticia n. 17. fol. mihi. 77.

25 Nonò poſtquam Vicarius, Baiulus, & quiuis alius Officialis, capturauerit, delinquentem, non debet illum ponere in foueis, nec carceribus ſubterraneis, quia carcerati non debent poni in carcere obſcuro, tetro, ſed claro, & luminato ſaltim lumine, & luce vſurpata, & ſi forſan noctis tempore carceratos ad tuitionem cuſtodiam in obſcuro carcere claudi contingerit, orto iam die, inde deduci, & ad luminatum carcerem reduci debent text. eſt in l. 1. C. de Cuſtod. reorum per quem text. ſubterraneos carceres in quibus pauperes humiditate, & frigore confecti infirmitates attingunt, & vitæ periculum ſubeunt prohibitos eſſe, ſcripſerunt Cardinal. in Clement. 1. quæſtio. 7. de pœnit. & remiſ. vbi quod Prælati, qui in tetro carcere Clericum ſeu alium delinquentem claudunt, efficiuntur irregulares, & reputantur homicidæ. Cornel. conſil. 325. numero 4. libr. 4. vbi expreſſe ſubterraneum carcerem dãnat. Bonifac. in titulo de carcer. priuat. numero 2. verſicul. Nec debet includi, pariter damnat carcerem, ſine lumine Marſil. in tractat. de Bannit. in verb. Carcerati, numero 45. vbi affirmat prohibitum eſſe à iure carcerem duriſsimum, in quo veriſimiliter infra paucos dies, quis ſit moriturus. Idem etiam tradunt. Foller. in practica. crimin. in 1. part. ſecundæ part. principalis verb. Vel carcerenter, numero 2. & 8. Iodoch. in practic. crimin. capit. 7. titul. de carceratis ſeu commentarienſibus, num.

9. Boff. in titul. de carcere. numero 3. vbi inquit carcerem debere esse talem, vt eo non obstante carceratus viuat ideoque carcerem subterraneum à iure reprobatum esse affirmat, inuehitque ex eo contra illos Iudices, qui nihil minus curant, quam vt carcerati in carceribus existentes dimittantur, vt vel fœtidi intra carceres vitam finiant, dum ijdem Iudices aliorum voluntati obsequuntur, vel fessi componant, dum illi ad propriam vtilitatem respiciant. Anton. Gomez. variatum resolut. tom. 3. capit. 9. tit. de captura reorum sub numero 6. Menochius de arbitrar. lib. 2. casu 305. numero 2. vbi, quod Imperator humanissimus in dict. l. 1. C. de Custod. reorum carceres tales esse debere constituit, vt præter fidem, custodiam, nihil habeant. Vnde Vicarij, Baiuli, & alij Officiales carcerantes reos in foueis, & carceribus subterraneis iure quidem puniri debent in syndicatu, & maxime quando illos detinerent ibidem longo tempore, & pro leui delicto in compedibus, vinculis, seu manicis ferreis: quia vbi carceratus optime custoditi potest sine ligamine non debet ligari dicit Bald. in l. 2. C. de Exhibend. reis. Parisi. de Puteo. in tractat. de syndicat. verb. Carcer. & verb. Carceratus, capit. 3. incip. Ansi plures carcerati, numero 6. Bonifac. de Vital. in tit. de carcere priuat. numero 2. vbi, quod Reus non debet cathenis, vel alijs terramentis iniuriari: sed sine cathenis, & ferramentis diligenter custodiri, ne aufugiat Boer. decis. 216. ad medium vbi, quod impetrens carcerato manicas ferreas, vel illum aliter ligatum tenens excedit formam custodiæ: quia talia ligamenta sunt genus tormenti. Fol. lef. in practica. crimin. 1. part. 2. par. tis verb. Vel carcerentur, numero 8. vbi, quod carcer non debet esse cum cathenis, vel ferreis manicis, sed taliter, vt carceratis pœnam non afferat Clar. in practica. §. fin. quæst. 46. in princip. vbi, quod debent rei in carcere custodiri, non autem in vinculis, & ita in Mediolani Prouincia seruari testatur. Ex quo illud sequitur, quod aliter Vicarij, Baiuli, & alij Officiales iurisdictionem excercentes detinuerint, reos infoueis, & carceribus subterraneis, & cum cathenis cippis, & manicis ferreis, maximè pro leuibus delictis, vtique in visita pro dictis excessibus, & grauaminibus visitari, & syndicari poterunt, & debite puniri.

27 Decimo quandoque Vicarij, Baiuli, Algutzirij, & alij Officiales accellantur in syndicatu de homicidio, quod ira aliquem necauerint, vel occiderint, vel pecunia, nam si ob hominem necandum pecuniam acceperint, vel innocentem dolo necauerint, tunc tenentur pœna capitis, si vero calore iracundiæ pœna deportationis Bald. in l. additis. C. de Episcop. Aud. & in rubr. C. de Pœn. Iud. cum alijs per Pute. in verb. Syndicantur etiam de barataris, numer. 3. fol. 31. & in verb. Quidem Iudex, fol. 95. & Ioseph. Cumian. de syndicat. capit. 9. numero 21. & 22. vbi post Puteum in præcitato loco dicit, quod vbi in alijs pœna mortis debet imponi propter homicidium iracundiæ calore commissum, in Officiali pœna mitigabitur, & deportabitur, vel relegabitur, vt ibi per eum.

28 Vndecimo tenentur Vicarij, Baiuli, & Algutzirij, aliique Officiales sub pœna priuationis officij, vbi viderint rixantes ad arma ruentes, & non occurrerint ad sedandum rixam

xam, nec eorum familiam mitterent ſcripſerunt Felin. in cap. 1. numer. 4. extr. de Offic. deleg. Conrad. in practic. de offic. Prætor. in cauſa crimin. rubr. de conſcijs, Nicol. Moro. de fide, treuga, & pace quæſt. 138. numer. 23. iuncto nu. 40. Farina. qui alios refert quæſt. 111. num. 419. Gutierrez practica. qq. lib. 4. quæſt. 28. num. 5. Maſtril. de Magiſtrat. lib. 6. capit. 5. numer. 19.

29 Duodecimò tenentur quoque Vicarij, & Poteſtates terrarum in ſyndicatu, quando aliquem hoſpitari faciũt in domo Doctoris, cum Doctores ſint exempti ab onere hoſpitandi in eorum domo l. 1. vbi glo. C. de muner. patrimon. lib. 10. l. medicos C. de profeſſo. & medicis lib. 10. Ægid. de collectis, §. medici, Viuius deciſ. 162. num. 14. Ioan. Garcia, de Nobilitat. gloſ. 35. Theſaur. quæſt. forens. lib. 1. quæſt. 93. Puteus de ſyndicat. verb. Doctor, num. 2. vbi quod de facto fuit data petitio in ſyndicatu ſuper iſto grauamine, ex eo quia Doctores ſunt exempti ab iſto onere hoſpitandi ſimiliter, & tenebuntur in ſyndicatu, ſi in domo alterius præceperint milites hoſpitari, & dari lectum, & alimenta:

30 quoniam militum hoſpitium eſt onus reale, non reſpectu totius patrimonij priuatorum, quia ex eo non debent milites de iure, nec in conſcientia habere alimenta: ſed ſolum reſpectu medietatis, vel tertiæ partis domus, quã debent habitare, & nec oleum, nec lectum, nec alia alimenta habere, etſi aliqua in contrarium eſſet conſuetudo, non valet. Plot. in l. ſi quando. §. 1. num. 23. & ſeqq. poſt Catel. Cotta memor. in verb. militibus medietas, per text. in l. vnica, vbi Lucas de Penna, C. de ſtij Hoſpit. non præſt, & in

31 l. 2. C. de Meat. & epide. lib. 12. ſubdens, quod deficientibus ſtipendijs, milites potius debent deſerere caſtra, quam viuere ex alieno, & rapto, ſecũdum Catel. Cott. in præcitato loco ſequitur Ioſeph. Cumian. de ſyndica. cap. 9. num. 9. latè Maſtril. ſuper iure hoſpitandi in tractat. de Magiſtra. lib. 3. capit. 10. à numero 178. cum ſequent. vbi ſub numero 207. 208. &

32 209. dicit, quod hoſpitium militum, & Iudicũ parificatur in iure, & quod ideo Officiales, & Magiſtratus quando in itinere hoſpitantur, nulla dona capere debent à ciuitatibus, etiam, quod ſponte darent ad text. in l. 1. C. de Salgo. Hoſpit. non præſt. l. deuotis, C. de Meat. & epidem lib. 12. quia proprijs ſumptibus viuere debent, vt in §. nulli in Authent. vt nulli iudic. Roland. a Vall. conſil. 1. numer. 56. vol. 2. Hinc dixit Cancer. part. 3.

33 capit. 5. numer. 58. Quod Vicarij in Cathalonia cum proſequuntur proceſſum ſoni emiſsi, cauſa capiendi malefactores non debent compellere agricolas, ad dandum panem, & vinum hominibus de exercitu, ſed proprijs ſumptibus viuere, adeò, quod nec gratis hoſpitare tenentur: ſed ſoluta congrua mercede, pro vt ita cenſuit Senatus per Michael Ferrer 3.

34 part. Obſeru. cap. 380. Quinimò nec vniuerſitates tenentur eis vendere victualia minori prætio, quam venduntur in foro publico rerum venalium, l. ſeptem diebus, vbi Ioann. de Plat. & Bart. C. de erogat. milit. anno. lib. 10. & de iure noſtro municipali confirmatur per conſtitution. 3. incip. voſtra Mageſtat titul. de Offici de Alcayts, Capitans, & in capit.

35 45. curiarum anni 1599. Vnde Vicarij aliter procedentes, vel exceſſus, cum ſuo excereitu, in proſequutione dicti ſoni emiſsi committentes, in viſita ſeu iudicio tabulæ, vtique viſitari poterunt, quia de ſimilibus exceſsibus de ipſorũ mandato factis, vel ipſis conſentiẽtibus tenẽtur, pro vt ita placuit

Regio Senatui refert idem Cancer. dict. capit. 5. numer. 56. & 57.

36 Decimo tertio, quia Vicarij quandoque solent compositiones delictorum facere, & omni iure compositiones super delictis, & criminibus sunt prohibitæ, vt legitur Numeri, cap 35. ibi: *Non accipietis pecuniam ab eo, qui reus sanguinis est.* Et de iure ciuili est text. in l. prohibere §. plane, ff. quod vi aut clam. l. ita vulneratus, ff. ad l. aquil. l. congruit, ff. de offic. præsid. Pute. de syndicat. verbo compositio cap. 1. Paul. Ghril. de relaxat. carcer. titul. de compos. q.

37 1. num. 2. 3. & 4. Quia res mali exempli est: sed & ea, quæ mali exempli sunt nequaquam tolleranda, l. si quis aliquid §. abortionis, ff. de pœn. Et contra bonos mores est, impedire iustitiam propter temerariorum audaciam, l. operis, C. de pœnis, cap. quando de transact. Et indigno indulgendo, cæteri pronocantur ad prolapsionis contagium. Quoniam facilitas veniæ incentiuum tribuit delinquenti. Crauet. consil. 438. n. 5. Paul. Ghril. de compositio. quæst. 2. n. 4. Puteus in dicto verbo Compositio: vbi late per

38 multa exempla. Ideo ne Vicarij, & alij Officiales, & Iudices pro compositionibus in syndicatu teneantur oportet, quod compositiones, vt laudabiles, & rite factæ, sint: fiant ante sententiam, & lite pendente alioquin

39 lata sententia, vel re clara per testes, vel per confessionem legitimam in actis redacta non licebit componere capit. 1. de transactio. l. transigere, ff. de transactio. Decian. de delict. lib. 3. capit. 34. tomo 1. Peregrin. de iure fisci lib. 4. titul. 8. numero 14. 15.

40 16. & 17. cum pluribus sequent. requiritur etiam, quod compositio fiat cum illis reis, qui non sunt soliti delinquere, & sunt personæ honestæ, quarum veri similiter speranda est correctio. l. 3. in fine C. de Episcop. & Cleric. Paul. Ghril. dict. quæst. 2. & quæst. 3. numero 4. Secus autem cum sceleratis hominibus, facinorosis, seditiosis, assassinis, proditoribus, latronibus, & alijs personis verbo, & opere scandalosis, & malæ famæ; cum talibus enim compositio admittenda non est: sed tunc demum cum delictum est secutum casualiter, & non spontanee, vel in pura rixa,

41 Farinac. quæst. 5. num. 10. Et, quod seditiosis, latrones, & assassinia in Cathalonia non possint admitti ad compositionem probat constit. 7. incip. Perque los titul. de compositions

42 pagin. 520. Ac demum nullo modo compositio fieri debet, nisi parte offensa prius satisfacta, & concordata, vt in §. oportet in Authent. vt Iudices fine quoquo suff. coll. 2. & §. illud in Auth. vt liceat matri, & aviæ, coll. 8. l. 2. C. de precip. imperat. offerend. notat. Aymon. consil. 14. numero 6. Ruin. consil. 60. vol. 5. Baldus in l. vnica, C. de inius vocand. Marant. de ordin. iudicio. 6. part. versic. inquisitio, numero 23. Thom. Grammat. vot. 35. numero 8. Hieronym. Laure. decisio. Auenio 43. numero 3. & probat Cancer. part. 2. var. cap. 11.

43 num. 106. & 107. Quinimo Princeps peccaret ab præiudicium tertij, non concordata prius parte offensa, vt dicit Grammat. consil. 34. in princip. & dicto voto 35. numero 9. Salicet. in l. si pro iure ff. de cond. furtiv. Et ea de causa prius debet constare de remissione partis, antequam compositio effectum sortiatur. Secundum glos. in capit. qui scandalizauerit de reg. iur. Fabian. a Monteleo in practica, arbitra. part. 5. numero 13. Ideo si Princeps videt ob bonum publicum compositionem faciendæ esse, quo ad pœnæ tantum fisco applicandæ

debet

debet reſcribere ſine præiudicio partis offenſæ, l. fi. C. de ſenten. paſſ. l. reſcripta in fine, vbi DD. C. de præc. imper offer. Bart. Bald. Iaſon. & alij in l. venia C. de inius vocand. Boer. quæſtion. 65. Beſſ. in tit. de remed. ex Solit. Clemẽt. Princip. num. 23. 24. & 42. Couarru. variarum reſolut. lib. 1. capit. 20. num. 8. & alij, quos in hac materia ſubminiſtrauit Bajard. ad Clarum quæſt. 59.

44 num. 52. & 53. Hinc in Cathalonia diſpoſitum eſt in conſt. 3. 5. & 6. ſub titul. de iniur. & danys donats pag. 487. & 488. Quod Officiales Regij ordinarij, & delegati cuiuſcunque præheminentiæ, ſeu ſtatus fuerint teneantur obſeruare dictam conſtitutionem tertiam prohibentem aliquid recipi pro compoſitione criminoſi, donec parti læſæ fuerit ſatisfactum pœna priuationis officij. & centum morabatinorum dictis Officialibus pro vice qualibet imminente, quæ conſtitutio notabilis, & ſalubris eſt, ſed malè ſeruatur dicit Mier. part. 2. cap. 4. num. 3. collat. 6. fol. mihi 16. Verum de illius contrafactione Vicarij, & Baiuli, & alij Officiales in ſyndicatu ſeu iuditio tabulæ, viſitari, &

45 ſyndicari poſſunt. Et ſimiliter vbi cõponerent vagabundos, quos in Cathalonia non poſſunt componere ſub pœna priuationis officij, vt in conſtitut. 4. incip. ſtatuim tit. de injuries pag. 493. nec etiam Bomianos, ſiue Ægyptianos guidare ſub pœna centum librarum iuxt. conſtitut. 5. incip. com a la expul-

46 ſio dicto. tit. de iniur. Nec demum pro crimine ſacrilegij poſſunt compoſitiones facere, donech illi, qui manus violentas in Clericos, vel Religioſos impoſuerint, plenariè ſatisfecerint iniurias, & abſolutionem ab Eccleſia Romana obtinuerint. iuxt. cõſt. Regis Petri curiarum anni 1520. capit. vnico lib. 1. tit. 9. pagin 31. col. 1. ante med. quę fuit confirmata cum Bulla Romani Pontificis Gregor. 9. Dat. Lateranen. 5. Kalend. Februarij Pontificat. anno 4. ſub dict. tit. pag. 32. col. 1. circa medium vol. 1.

47 Ad hęc adde etiam quod dicti Vicarij, Iudices, nec alij Officiales poterunt dare, nec concedere Reis, Guidaticum niſi parte læſa ſatisfacta, vt in expreſſo notat. Ioann. Bapt. Plot. inter conſil. crimin. diuer. conſil. 73. num. 65. vol. 2. habemuſque de hoc notabilem de iure patriæ text. in conſtit. Lo Senyor Rey tit. de cuſtodia de preſos, & ratio eſt, quia Guidare eſt, quodammodo remiſſionem facere, vt tradit Michael Ferrer in 2. part. obſer. Gubernat. Gener. Cathalonia cap. 12. circa med. & facit text. in dict. conſtit. Lo Senyor Rey, ſequitur Iacob. Cancer. part. 2. capit. 11. num. 108. Et ſimiliter nec bãnitos remittere, vt in l. relegati, ff. de pœnis ibi: *Et nemo poteſt comeatum, remeatumue dare, niſi Imperator ex aliqua cauſa.* l. 1. §. fin. ff. de quæſtio. l. fin. ff. de Offic. Procuratoris Cæſaris Pariſ. de Pute. de ſyndicat. in tit. de poteſt. Iud. num. 4. verſic. Nec poſſunt Anto. Gomez. variar. reſol. tom. 3. de delict. tit. de exilio, & relegatio. num. 4. latè, & pulchre Menoch. in tract. de arbitra. qq. quæſt. 92. vbi ſub. num. 6. ampliando hanc concluſionem dicit, quod nedum Iudex poteſt bannitum remittere, ſed nec etiam famam reſtituere, quia hoc ſolus Princeps facere poteſt, ex Bart. in l. in famem num. 13. ff. de publi. Iudicis ſequitur Farina. quæſt. 6. num. 10. & 11. Ac ideo contrarium facientes in viſita querelari poſſunt, pro vt in ſimili caſu reſtitutionis honoris, & famæ fuit querelatus Gerens Vicesgeneralis Gubernatoris Cathaloniæ, vt diximus ſupra cap. 13. num. 30.

48 Decimõ quarto tenentur Vicarij, cæteriq; omnes alij Officiales perſonalem reſidentiam in eorum officijs facere, adeò quod non poſſunt per ſubſtituũ

seruire, ex tex. in Auth. vt null. Iud. in rubr. l. inter artifices, vbi Bart. ff. de solutio. l. nullus la 3. C. de decurio. lib. 10. vbi glos. in verb. decoratos, Foller. in practicar. crimin. titul. de offic. eius qui vice num. 26. fol. 364. Marant. in practica. part. 4. distinct. 5. num. 19. Oroſc. in rubr. de officio eius num. 7.

49 Et prædictorum ratio eſt, quia in officijs, quæ adminiſtrationem annexam habent, cum intelligatur electa induſtria perſonæ, id alteri demandari eſſet, contra mentem eligentis, dict. l. inter artifices, & capit. fin. §. is autem de officio, & poteſt. iudic. delegat. & ibi Felin. num. 2. Borrell. ad Bellug. Rubr. 10. num. 16. littera. G. Capic. deciſ. 151. num. 31. Et ea de cauſa cum adempta ſit, eis poteſtas ſeruiendi per ſubſtitutum propter electionem induſtriæ perſonæ dict. l. inter artifices, & ibi DD. Azened. in capit. 4. Prætor. num. 43. lib. 1. Ideo non poſſunt ſubdelegare notat. Iaſon. in l. 1. ff. de officio eius Cephal. conſil. 1. num. 31. Capicius dicta deciſ. 151. num. 6. Et conſequenter ad

50 perſonalem reſidentiam præciſſe tenentur, in tantum, quod nec etiam à loco adminiſtrationis recedere poſſunt, ad notat per Bald. in l. illud, ff. de officio præſid. Pariſ. de Pute. de ſyndicat verb. licentia officij, & in verb. ſalarium, numer. 1. & 10. Vincent. de Franch. deciſ. 445. vbi extenduntur etiã ſi per noctem tantum vellent per noctare vel recreationis cauſa, notat. Maſtril. de Magiſtr. lib. 5. cap. 6. num. 256. cum duobus ſeqq. Crauit. ſuper ritu magnæ curiæ Ritu. 7. num. 1. 2. & ſequent. Mier. part. 1. coll. 5. capit. 16. fol. mihi 174. & collat. 6. capit. 15. fol. 124. vbi, quod officiales iurisdictione tenentes, etſi ſint de domo Principis, tenentur ad reſidentiam adeo, quod extra ciuitatem in qua habitant, & officium habent, exire non poſſunt, ſub pæna amiſſionis ſalarij, & probatur etiam in

51 conſtitut. 1. & 2. tit. Que los officiales faſſen perſonal reſidentia en ſos officis. Quod maxime procedit quando abſq. licentia ſuperioris recederent: Quia tunc indiſtincte priuantur ſalario l. 3. §. qui militiæ, ff. de re milit. l. hac lege verſic. & quoniam, à contraria ſenſu, C. de prox. ſacr. ſcrin. lib. 12. vbi Bart. & Lucas de Penn. Roman. ſingul. 453. incip. Doctor ſiue ſtipendarius Crauit. ſuper dicto Ritu. 7. num. 7. late Cagnol. in l. diem functo num. 212. ff. de officio Aſſeſſor. vbi ſubdit, quod officia lis ſalariatus recedens à loco abſque li-

52 centia ſuperioris in regno Neapolis priuatur officio, ſimiliter officiales baronum recedentes ſine ipſorum licentia priuantur quoque officio dixerunt Viuius deciſ. 356. num. 2. Capiblan. de Baro. pagin. 5. num. 57. & 64. ſubdens, quod hoc caſu poteſt Baro. alium elige

53 re. Qua de cauſa Regij officiales, vbi recedere velint à loco, vbi officium adminiſtrant, licentiam à domino Prorege obtinere debent, quia prorex tantum, dat licentiam officialibus, recedendi à loco vbi officium exercent, l. ſi quis decurio la 2. vbi Bart. & Lucas de Penna. C. de decurio lib. 10. l. illud ff. de officio præſid. Crauit. dict. ritu 7. num. 1. Maſtril. dict. lib. 5. capit. 6.

54 num. 256. Vnde dicti Vicarij Baiuli cæteri que alij officiales de abſentijs in eorum officijs, abſque licentia ſuperioris factis, nec non de violatione ſupradictarum conſtitutionum, quæ de reſidentijs in ipſorum officijs loquuntur, viſitari, & ſyndicari poterunt.

55 Decimo quinto, quia de ſalarijs officialium tetigimus, ſcire oportet, quod officialis ſalariatus non poteſt aliquid recipere à ſubditis etiam ex cauſa donationis, quininò aliter recipiens in ſyndicatu tenetur l. ſolent vbi Alber. ff. offic. proconſul, text. in Authent. iusiurandum quod præſt. collation. 2. Martin. Lauden. in tractatu. de

offi-

official. domin. concluſ. 149. quod procedit etiam finito officio, vt dixit Bald. in dict. l. ſolent. Mandel. conſil. 354.nu.1.Pariſ.de Put.de ſyndic.verb. anſi tempore num. 2.& 3. Boſſ.in tit.
56 de Official.corrupt. num.1.cum ſeq. Et ratio eſt quia ipſe Officialis iam recepit ſalarium aſſuetum,quod ſibi debetur,& ei eſt ſoluendum,etiam poſt finitum officium,vſque ad aduentum ſucceſſoris dum officium adminiſtrat ex. ratione tex. in §. fin. ibi. *Non enim poſsibile,neque portabile eſt, ſine Iudice relinquere Prouinciam.* In auth. de adminiſt.coll.7. l.vnic.ff.de offipræfet. Auguſt. l. meminiſſe ff. de officio Proconſul.ibi, *Oportebit vſq. aduentum ſucceſſoris omnia debere Proconſulem agere, cum ſit vnus Proconſulatus, & vtilitas Prouinciæ exigat eſſe aliquẽ per quem negocia ſua Prouinciales explicẽt*,l.vnica.§.adminiſtrationem, C. vt omnes iudi.l. ſi forte, ff. de offic.præſid. DD. in l. diem functo, ff.de offic. Aſſeſſo. Bal.conſil.116.lib.4. Roma. ſingul. 395.vbi inquit eſſe caſum ſingularem, quod poteſtas vltra tempus ſui officij,teneatur exercere iuriſdictionem, quo vſq.veniat ſucceſſor in officio ex tex. in dict. l. meminiſſe vbi Oroſc.n.15.l.eumqui, ff. de iuriſd. omn.iudi. Caldas conſil. 8. num. 7. & ſeq. Baeça. de decima tuto. præſt. cap. 18.nu.10. Guid.Pap.quæſt. 501. Auend. cap.1.de exeq.mandat.par.1.cap.3.Florez Dias de Mena variar.reſolut. q. 8. num.37.Molin.de Hiſpan.Primogen. lib.1.cap.25. num.7. cum ſeq. Et adeo
57 debet etiam finito officio de cauſis cognoſcere,& omnia agere vſq.ad aduentum ſucceſſoris, quod ſi recederet, & ſucceſſorem non expectaret, ex eo ſyndicari poſſet, tenent Amode.Iuſtin. de ſyndicat.verb.olim poteſtatem fol.43. Auiles.in cap.5. prætor.glo. 1. num.6. & 7.Bouadil.lib. 1.cap. 2.num. 23. Ac ideo iuſtum, & æqum videtur, quod Officialis pro reliquo tempore, quo ſedet vltra tempus ipſius officij,conſequatur,& habeat ſalarium conſuetum, prout ita tenet Roma. ſingul. 390. per text.in §.illud in auth. de adminiſtra. coll.7. Quem refert, & ſequitur Auil. dict.cap.5.num.6. Bouadill. dict.capit. 2.num.23. ſub litera B.qui plures alios refert.

58 Decimo ſexto ſyndicari etiam poſſunt,Vicarij,Baiuli, Algutzirij,alijque Officiales,quando receperint ſalarium dietatum plurimarum perſonarum, contra quas in vna die plurima negocia fecerint,quia ex omnibus negocijs in vna die factis,tantum vnam dietam recipere poſſunt iux. conſt.3.incip. Repellint Regis Ferdinand.ſub tit.de Salaris de dietas,pag.296.Don Ludouic. à Peguer.in ſua pract.rubr.30.num.11.
59 cuius conſtitutionis ratio fundari videtur ex tex.in l.ſancimus,C. de exacto, & executo.lib.10.& quod ibi referunt Ioan.de Plat. & Lucas de Penn.dicentes,quod ſi alicui committitur exactio publicarum pecuniarũ Præfectus prætorij,non poteſt aliã executio ſibi committi priuſquam reuertatur: & de his, quę per eum geſta ſunt,debitam rationem aſſignet: ſi tamen ſors obtulerit, vt in eadem Prouincia occurrant duę executiones eidem committi, tertia tamen executio non poteſt committi, priuſquam de his primis duabus rationem reddat, alias punitur executor, qui ſecundam executionem, aut tertiã ſuſcepit, & numerarios, & adiutores eius ad quorum curam pertinet, tales executores mitti ſimiliter puniuntur, ℣ dicit ibi Platea eſſe notandũ cõtra nuntios, & executores ſententiarum, quia non poſſunt vnã plures aſſumere executiones videlicet in vna Prouincia,& aliam in alia Prouincia, vel etiã in eadem Prouincia non poſſunt ſuſcipere plures executiones diuerſiſis temporibus

poribus occurrentes, secus si eodem tempore, tres autem simul summere nō possunt, nec in eadem, nec in alia Prouincia, vt ibi patet. Ex qua prohibitione colligitur rationem decisionis dictæ constitutionis fuisse repellere excessus, qui in contrarium fieri solēt per Alguzirios, & Officiales plures executiones in vna, & eadem re die facientes extorquentes sic à quolibet particulari integrè omnes dictas, eas eo modo sic imbursando, nedum cuplicatas, sed & triplicatas, & quadruplicatas, quod fetendum non est, imo talia committentes in syndicatu seu visita puniri debent pro obseruantia dictorum iurium, & probat. Auiles in capit. 43. 60 prætor. num. 1. & 2. vbi. quod Alguzirij, & executores exeuntes extra Ciuitatem, ad executionem faciendam; licet faciant plures executiones in diuersis locis, non debent recipere, nisi pro vno itinere, aliter puniuntur, intantum quod recipiens aliquid vltra tenetur ad restitutionem, quia est receptio facta contra iuris dispositionem, vt in cap. quia sæpè de election. in 6. & in c. quia plerique de immunit. Ecclesia. & ibi per Inno. & tex. & ibi Dominicus in capit. Statutum. §. Siquidem de rescriptis in 6. Et idco tali casu remissio partis nihil prodesset, vt dicit idem Dominic. quem refert, & sequitur Auiles d. num. 2.

61 Decimo septimo, Vicarij, Baiuli, & alij Officiales nihil à subditis accipere, nec auferre debent præter iustum salarium eis constitutum: etenim vbicunq. aliquid à priuato recipiunt vltra, sibi debitum, in syndicatu tenentur, l. 1. & ibi glo. in verbo. accepit. ff. ad l. Iul. repetund. l. eadem. §. fin. l. Iulia. ff. eod. tit. Quia manus, mundas, & puras habere debent, vt in Auth. iur. iurand. quod 62 præsta. coll. 2. Adeo, quod à volētibus sponte eis dare vltra debitum non debent recipere, & si recipiunt tenentur secundum Paris. de Put. in verbo, Consiliarij Officiales, in princip. fol. 194. Auiles in cap. 1. prætor. Glo. Ni lleuaran numer. 1. & 2. fol. mihi 51. quia cum 63 quis prohibetur exigere, prohibetur etiam ei sponte dari, vt in l. Deuotum, C. de Meta. lib. 12. & in l. vnica, C. de Strato. co. lib. & ibi Plate. nā quātūcūq. sponte, & volens det, præsumitur inuitus dare, perhorrescens officium, vt in l. 2. C. Ne rusticani ad vllum obsequium deuoteretur lib. 11. & facit tex. in l. vnica, C. de Salga. Hospi. non præstan. lib. 12. & l. fin. §. primo, C. de Re milit. eodem lib. 12. & simil. in quibus dispositur, quod quando aliquid est prohibitum fauore alicuius, tale prohibitum non potest fieri etiā consentiēte illo, in cuius fauore illud fuit prohibitum. Hinc dixit Felin. post Bartholum. in capit. 64 tua nos de homicidio, quod si Notarius antianorum, est salariatus de publico, nō potest aliquid accipere, etiam à sponte dante, dicens, rationem esse, quia quando à pluribus capitur inducitur consuetudo & sic quis erubescit nō 65 dare. Vide Officialis adstringitur annotare in libro quicquid exigit, & quātum vt in l. Apparitores. C. de exacto. tributo, vbi Bart. Et nisi scribat, quod recepit, tenetur pœna cupli, Bart. in l. Excellētia, C. de Erogatio. milit. anno. lib. 12. Pute. de syndi. vet. bo. Officiales, qui eliguntur, num. 8. fol. 186. & de receptis in Cathalonia debet reddere compotum Magistro Rationali iuxt. Const. Regis Ferdin. secundi cur. anni 1481. cap. 17. incip. Volem pag. 105. & not. Mier. par. 1. cap. 1. nu. 18. & 19. coll. 2. fol. mihi 18. vbi, quod Vicarij iurant, quod quicquid ratione iustitiæ receperint fideliter redderent compotum Magistro Rationali, & quod nedum emolumenta, verum etiam seruitia ipsis gratis facta ponerent in compotis, 66 ex quo infert, quod non possunt recipere seruitia: nisi parum de cibo, quod confirmatur per Constit. 17. Regis Iabi primi, cur. anni. 1228. incip. No res

menys, tit.de Offici de Veguers, pag. 154.in qua dicitur, quod Vicarij iuſtitiam nō vendant, nec aliquid recipiāt, & not.ibidem Mier.dict. par.1.cap. 12. num.3.& 5.coll.1.fol.4.quod adeō quic quid Vicarij illicitè receperint debet eis imputari ad furtum, & ad dimittēdum officium incontinenti: niſi fuerit de cibo,& de eo parum forte,quod pau cis poſsit conſumi diebus. Et probatur in Conſtit.2. Regis Alfonſi incip. Statuim,vbi imponitur pœna priuationis officij ſub titul. De coſas prohibidas
67 als Officials Reals,pag.157.Quia nihil penitus recipere inhumanum eſt,vt ait Tiraquel.de iud.in reb.exig.num. 91. & ſeq.& ſæpènumero fit, vt donans incidat in ſuſpitionem maximam, quam de Magiſtiatu,ſeu Iudice munus reſpuē te concipit,& forte non deſit, qui dicat pauca iudici eſſe. Ideoq. illi permittitur aliquid recipere breui tempore perituru̇m,vt not.Pute.in verbo: Poculenta,
68 Cathal.de ſynd. num.21. At recipere magnum munus eſt ſignum Lupi rapa cis,& argumentum auaritiæ & omniū malorum iudicis ſeu magiſtratus 1.Timoth. 6. Ac ideo prohibitum eſt officialibus, & Iudicibus munera etiam ſponte dantibus accipere, quoniam placant homines, cœlos Deoſq. vt apud Ouid. Vnde filij Heli, qui munera acceperunt male iudicantur. Le-
69 gitur 1. Reg. cap. 8. *Execant lumina ſapientum, & mutant verba iuſtorum,* Deut. 16. & Eccleſi. 20. & tollunt animum accipientium, & munera de ſinu impius accipit, vt peruertat ſemitas Iudicij,& munus abſconditum iuſtas iras extinguit,& qui dat munera victoriam,et honorem recipit. Ve autem illi,qui munera contra innocētem accipit de ijs omnibus vide apud Afflict.ſuper Conſt.Capitaneorum 15. notab.& in rubr.52.num.5. quare omninò abſtinendum eſt à receptione munerum præſertim à litigantibus,qui dāt munera non charitate,& beneuolētia, ſed per corruptionem: qui enim Magiſtratui, ſeu iudici dat vnā gallinam, ea intentione dare præſumitur, vt ab eo recipiat bouem vt per Auil. in cap.1.prætor.Glo.Dadiuas n.6.fol.mihi 56.

70 Vnde Vicarij, omneſque alij Officiales à muneribus ſe abſtineāt nihilq. vltra ſalarium eis conſtitutum à litigantibus recipiant,obſeruētque diſpoſita ab Imperatore in d.Auth. ius iurā. quod præſtatur ab his in princip. ibi. *Contentus ijs, quæ ſtatutæ ſunt mihi de fiſco annonis.* Et quod legitur per Ezechiel.cap.45. *Sufficit vobis Principes Iſrael.ſtatera iuſta,et Ephi iuſtum, et Beatus iuſtus erit vobis*, et Lucæ 3. *Neminem concutiatis: ſed contentie ſtote ſtipendijs veſtris:* Quia vt legitur in l.eadem.§.lex Iulia. ff. ad l.Iul.repetund.& per Boſſ. tit.de Offi-
71 cial.corrup.num.1.Magiſtratus, & Iudices debent eſſe contenti ſportulis, & ſalarijs,nec aliquid amplius à partibus recipere, ſed gratis iuſtitiam adminiſtrare.etenim ſi quid plus vltra ſalarium recipiunt, mortaliter peccant, & ad reſtitutionem tenentur, dixerunt D. Thom.2a. quæſtion. 23. art. 1. Nauarrus de reſt.lib.3.cap.2.Abb. in cap. quia pleriq. n. 33. de immunit.Eccleſ. Medin.de reſtit. q. 25. Molin. de iuſti.
72 & iure diſpu.83.Menoch.de arbi. caſu 514.num.8.quinimo & in Cathalonia non poſſunt recipere ſalarium vltra taxam ſub pœna reſtitutionis dupli, & priuationis officij,vt habetur in Conſt. 11. incip. Per prouehir ſub tit.De coſas
73 prohibidas als Officials pag.161.

Ideoq. vt Officiales à muneribus,& donis,melius ſe abſtinere valeant, nec non, & commode, ac honeſte viuere poſsint,neuè extenuitate ſalarij occaſionem ſumant, ad dona, & munera recipiendum,& inde iniuſtitiam faciē-

dum

dum, & plura peccata in dies committendum, in magnum ipſarum animarum, honoriſq. & famæ detrimentum dignum vtiq. ac neceſſarium videtur, quod illis iuſtum, & competens conſtituatur ſalarium, quod laboribus correſpondeat, pro vt Princeps pro bono Reipublicæ, & ſubditorum regimine illis conſtituere tenetur, ex tex. in l. vni ca. C. de præbend. ſalar. lib. 10. vbi Rebuf. & Ioan. de Platea. & text. in §. ſi quis autem verſic. Neq. in hoc. de Iudi. glo. in l. Argentarij, ff. de edend. Felin. in cap. 1. n. 9. de ſimo. Auil. in ca. 1. Præ tor. verbo. Salario, Auendan. de exeq.
74 mandat. lib. 2. cap. 10. nu. 13. Abhorrent enim leges ſine præmio homines laboriоſis officijs præfici. iux. tex. in §. ſi qu's autem in auth. de iudicib°. Similiterq. non permittunt neminem in paupertate te viuere, nec in anxietate mori, vt in Auth. de hæred. & falcid. in fi. Inde inquit Grægo. Pontifex in cap. charitatem in fine 22. quæſtion. 1. ibi, *Iuſtum namq. eſt, vt illi conſequatur ſtipendium, qui pro tempore ſuum commodare reperiuntur obſequium.* Cui dicto confert illud Sapient. 10. *Mercedē laboris reddet Deus.* Et Apoſt. ad Corint. 2, *Mercedem ſuam quiſque accipiet ſecundum ſuū laborem,* Menoch. plura in conſi. 1047. num. 1. vol. 11. & de arbitra. caſu 514. num. 1.
75 Maximopere ideoq. Reipublicæ intereſt, quinimo & pro bono regimine iuſtitiæ maximè conuenit, quod Magiſtratus, & Iudices diuitijs abundent, & ne in nimia paupertate viuant, & conſtituti ſint l. Cura § Inopes, l. Honor, verb. facultates quoq. & l. reſcripto, ff. de munc. & honor. ibi. *Cæterum ſi ita tenues, & exhauſti ſunt, vt non modo publicis honoribus pares ſint, ſed et vix de ſua victu ſuſtinere poſſint,* l. ad ſubeunda, C. de Decurio. lib. 10. l. Paupertas, & ibi glo. ff. de excuſatio. tuto. Gregor. de Syntag. iur. 2. part. lib. 18. cap. 10. num. 14. 15. & 17. Tiber. Decian. in tract. crimin. lib. 8. cap. 36. num. 34. Martin Lauden. in tract. de Dignita. quæſt 32. incip. Iæpè vidi. Caſſane. in cath. glor. mund. 11. par. conſid.
76 27. Paupertas enim, & inopia, iuſtitiæ adminiſtrationi maximum damnum tribuit: ſiquidem gerens digaitatem, honorem, vel adminiſtrationem ſine amplis facultatibus commode adminiſtrare nō poteſt. Eſt enim ſicut anima, quæ ſine corpore nihil agit, cap. ſi quis obiecerit 1. quæſt. 7. Hinc dixit Lucas de Penna. in dict. l. ad ſubeunda, C. de Decurio. lib. 10. quod iuſte abhorrenda eſt indigentia, quæ quodammodo mortī comparatur: iux. illud Eccleſiaſt. 40. *Filij in tempore vitæ tuæ ne indigeas, melius eſt enim mori, quam indigere: nam vita pauperis eſt in cogitatione victus.* Et Prouer. 20. legitur *Mendicitatem, & diuitias ne dederis mihi, tribue tantum victui meo neceſſaria, ne forte ſatiatus illiciar ad negandum, aut egeſtate compulſus furer, & periurem nomen Dei mei.* Et Eccleſ. 27. *Propter inopiam multi delinquerūt,* & ad Theſ. 5. ſuper illud *Rogamus vos &c.* dicit glo. *Sicut diuitiæ negligentiam pariunt, ita egeſtas dum ſaluari quæritur, à iuſtitia declinant,* de quo latiſsimè per ſanctum Thomā Opuſcul. 19. 2. part. cap. 6. & 22. q. 186. artic. 3. Item Dauid Pſalm. 87. inquit, *Oculi mei languerunt præinopia,* & conſert dictum Eſayæ capit. 3. ibi, *In domo mea non eſt panis, neq. veſtimētū nolite cōſtituere Principē populi.* Hinc Theodoricus Rex apud Caſſiadorum lib. 1. var. dixit, *Indigentiā iuſte fugimus, quæ ſuadet exceſſus dū pericio-*

nicioſa res eſt imperante tenuitas, & quidam recte dixit periculoſiſsimum animal. eſt Rex pauper: vnde D. Ambroſ. lib. 2. officio. inquit, *Hodie nemo niſi diues honore dignus reputatur.* Quia vt dixit Menchaca controuer. Illuſtriſ. in præfatio. numer. 77. ibi *Opes pariunt potentiam, Potentia autem dignitatem, & iuſtã Prælationẽ,* Et apud Horatium Satyra 3. libr. 2. legitur.

Virtus, Fama, Decus, diuina humanaq. pulchris
Diuitijs parent, quas qui conſtruxerit ille:
Clarus erit, Fortis, Iuſtus, Sapiens, & Rex.
Et quidquid volet, hoc veluti virtute paratum.
Sperabit magnæ laudi fore, &c.

77 Ex quibus iam clariſsime liquet, Vicarios, & cæteros Magiſtratus diuites, ac locupletes eſſe oportere, vt ſic facilius ab illicitis concutionibus, & extortionibus ſe abſtineant, vel ſaltim, quod tutius eſt, mediocritatem fortunarum habeant: nam, vt inquit Patri. de Republic. libr. 6. titul. 5. in fine *Mediocribus credi, qui neque per inopiam ſummiſſe nimis ſe gerunt, neq. per opulentiam inſolenter exultent.* Et idem libr. 1. titul. 4. ad finem ait. *Mediocres certe, qui neque abiecti ſunt, neq. opulentia nobilitatis nimis exultant, longe modeſtius præſunt.* Quod & in Cathalonia præcipue requiritur, vbi Vicarijs nullum, vel ſaltim tenue eſt conſtitutum ſalarium, quod maximè dolendum eſt, etenim cum ipſi ſint Milites, & de genere militari, & vt plurimũ facultatibus, egeãt, non vtiq. decenter, & ſicut oportet viue poſſunt, nec vt decet à ſubditis reuerentur, q. in iuſtitiæ diſpẽdiũ vertitur ex traditis per Ildefonſum Toſtado in libro numer. cap. 11. quæſt. 39. vbi dicit. *Dignitas, & Mageſtas quadã Iudicibus, & Magiſtratibus neceſſaria eſt, vt eis à ciuibus reuerentia deferatur,* & per Ariſto. lib. 5. politico. c. 2. inquit, ibi, *Opus eſt, vt propter virtutes amẽt, propter potentiam à malis timeant, qui firmum Principatum cupiunt obtinere.*

78 Decimo octauo, quia de inopia, & paupertate, ac illius effectu reſpectu Magiſtratuum diximus ſequitur nunc de pauperibus aliqua circa materiam ſyndicatus proponere, & ſic dicimus, quod Vicarij ceterique Magiſtratus, & poteſtates terrarũ tenentur defendere pauperes, & miſerabiles perſonas ne a potentioribus opprimantur aliter autem ex eo ſyndicari poſſunt tenent, Amodeus, Iuſtin. de ſyndi. verbo. Item in eo quod plures innocentes, Pute. in eod. tract. in verbo. Iuſtitia, in fine Auiles in cap. 6. prætor. verbo. Pobres, nu. 6. fol. mihi 124. Bald. in l. Illicitas §. nec potentiores, ff. de Officio præſid. ait: oportere Iudicem beneuolum, & protectorem pauperum eſſe, ne iniuſtè moleſtiã patiantur, nam erit hoc magna Eleemoſyna coram Deo. facit tex. in l. 1. C. de Cenſib. lib. 10. & ibi Ioan. de Platea in fine vbi dicit, quod de natura Potentium eſt ſemper opprimere ipſos pauperes, & quod ideo Magiſtratus, & Iudices debent illos tueri ne opprimãtur. Bar. in l. præcepit C. de Cano. largi. lib. 11. dicit, quod ſuperior in officio tenetur defendere ſubditum ſuum quando

quando vidit cùm grauari, ideoque vbi Vicarij, & alij Magiſtratus in his negligentes fuerint, præterquam ex hac negligentia ſyndicari poſſent, vt dictū eſt, à Deo redarguentur. Qui audit Pauperū clamores iux. illud Eccle. 35. ibi, *Vox pauperis penetrat nubes, & non deſcendit donec audiatur.* D. Chryſoſt. hom. 2. ſuper Matth. inquit. *Quando pauper violentiam patitur à potente, etiam ſi non eſt auſus vociferare: ſed latenter lacrymatur, tacitus eius clamor in excelſo auditur.*

99 Et iſti Potentes, qui inferunt oppreſſiones paupertibus, vtique puniuntur: etenim oblationes, & donationes eorum à Sacerdotibus præcipitur reſtitui, in capit. oblationes 90. diſtinction. Auiles dict. capit. 6. glo. Pobres numer. 4.

80 Decimo octauo Vicarij, & alij Magiſtratus non poſſunt in loco officij contrahere cum ſubditis, l. 1. C. de Contract. Iudicum, etenim regentes Prouincias, & eorum aſtantes in eiſdem negociari non poſſunt, nec fœnus exercere, l. Principalibus, & ibi Bart. Angel. Paul. de Caſtr. & cæteri Doctores, ff. Si certt. petat. l. non licet, ff. de Contrahend. emptio. & apud nos probatur in Conſtit. 20. incip. Algun Official, titul. de Coſas prohibidas als Officiais pagin. 158. Cancer. part. 3. cap. 1. num. 97. Auiles in cap. 2. Prætor. Glo. Mercaderias num. 1. Matienço de relatore 3. part. cap. 27. numer. 4. Bouadil. 81 lib. 2. cap. 12. num. 34. qui alios refert. Et prædictorum ratio eſt, quia præſumitur, quod metu inducunt ſubditos ad ſecum contrahendum, l. Si quod per impreſſionem C. Quod metus cauſa Bellug. in ſpecul. Princip. rub. 35 §. poſt poſt Militares numer. 14. Menoch. conſil. 1174. nu. 7. vol. 12. Oſaſc. deciſ. 124. & Maſtril. de Magiſtra. lib. 6. cap. 10. n. 11. Ac ideo vbi Vicarij, & alij Magiſtratus contra prohibitionem dictarum legū, & conſtitutionis in loco officij cum ſubditis contraxerint, in viſita ſeu Iudicio tabulæ viſitari, & ſyndicari poſſent.

82 Decimo nono, ſimiliter Vicarij tenentur, & ſyndicari poſſunt, quotieſcunque emerint prædica, in loco vbi iuſtitiam adminiſtrant, quia Officialis in loco, in quo officium gerit, prædium emere non poteſt, l. Qui officij, ff. de Contrah. emptio. vbi qui officij cauſa in Prouincia agit, vel militat prædia comparare in eadem Prouincia non poteſt, l. Non licet ex officio, ff. cod. tit. Vbi non licet ex officio, quod adminiſtrat, quis emere perſe, vel per aliam perſonam aliquin, non tantum rem amittit, ſed etiam in quadruplum conuenitur, quod fiſco applicatur, vt glo. ibi, nor. & facit text. in l. vnica, C. de Contract. Iudic. l. aufertur. §. Quod aprætide, ff. de Iure fiſci, Pariſ. de Pute. de ſynd. verb. Officiales, fol. 87. Auiles in capit. 2. Prætor. Glo. Heredat, numer. 1. 2. & 7. fol. mihi 76. Mier. par. 1. num. 2. coll. 2. fol. 62. & num. 7. coll. 3. 83 fol. 65. vbi, quod Officialis non poteſt, rem ſui ſubditi, quæ per ſuam curiam venditur emere per ſe, neque per interpoſitam perſonam, & ratio eſt, quia ex interpoſitione perſonæ præſumitur magis fraus, l. Si pupillus. §. fin. & ibi, Bar. ff. de Auth. tuto. l. & qui ſub imagine, C. de Diſtract. pigno. l. Epiſcopus, C. ſi cert. petat. laſ. in §. Item ſi quis in fraudem nu. 47. Inſt. de actio. Bellug. in Speculo Princip. §. Poſt militares, numer. 14.

84 Vigeſimo tenentur etiam Vicarij in ſyndicatu, quotieſcunque emerint victualia vili precio, cum minis, & terrore, quia tunc cenſetur Barataria committere ſecundum Lucam de Pena. in l. 2. C. de lucris Aduocat. lib. 12. Bal. in capit. nobis intran-

tibus

tibus, de pace conſtant. in feud. Pute. de ſyndic. verbo. contrahere. capit. 2. nu. 1. Auil. in capit. ſecund. Prætor. glo. Heredad, numer. 6. & glo. de Mercaderia, num. 19. Bouadil. lib. 2. capit. 12. num.
85 50. vbi quod ſi victualia, quæ emere valent, non poſſunt ad emendum inuenire, poſſunt, ea precio iuſto ſoluto auferre, & ſic ſubditos ad vendendum, cogere, & ratio eſt, quia multi ribaldi nolunt talia vendere Vicarijs, & Iudicibus, ex inimicitia, quam cum eis habent, vt ibi per eos latius eſt videre.

86 Vigeſsimo primo tenentur Vicarij rationem reddere in ſyndicatu, non ſolum de delictis per eos commiſsis: ſed etiam de commiſsis, per ſuos Officiales à ſe electos, ac etiam pro familiaribus in officio, & ratione officij delinquentibus ex text. in l. 1. §. Si ſerui, ff. Fur. aduerſ. naut. caup. ſtabul. l. 1. C. ad l. Iuliam repetund. glo. in l. 1. C. vt omnes Iudic. tam ciuil. quã milit. l. Si poſt depoſitiam, C. de Aſſeſſor. Bart. & DD. in l. 1. §. Familiæ, ff. de Publica. Decius in l. 2. ff. Quod quiſq. iur. Felin. in cap. Petrus numer. 2. de homicid. Alciat. de præſumpt. 40. præſ. in fine addit Capell. Tholoſan. deciſ. 196. numero 3. Boſſ. in titul. de Official. corrupt. ſub numer. 31. Pulchrè Menoch. de arbitr.
87 caſu 345. num. 1. & ſeqq. vbi huius concluſionis hanc affert rationẽ, quia quid quid facit familia dicitur de conſenſu Prætoris feciſſe cum famulorum conditionem ſcire præſumatur, l. fin. §. Seruorum, ff. Naut. caupo. ſtabul. l. Quoniam Iudices, C. de appellatiõ. vbi per
88 illum text. notat. Bartol. quod quando Magiſtratus videt ſuos Officiales aliquid iniuſtè agere debet eis reſiſtere, ne ipſe eorum cauſa teneatur: & propterea legimus Epiſcopum teneri pro delictis commiſsis, per ſuum Vicarium, & Officiales ſuos, & ob eam cauſam cogi poſſe ad reſtitutionem damnorum iniuſtè datorum per dictos Officiales, in deciſion. Rotæ in antiquis in tit. de Officio Vicarij, 6. aliàs 432, in cap. Nota vtrum Epiſcopus, & additio in dict. deciſ. Capell. Tholoſanæ 196. Aliam rationem tradit Auil. in capit. 4. Prætor. Glo. Sea obligado, numer. 2. & 21. fol. mihi 106. vbi, quod
89 ex eo Poteſtas tenetur de omni delicto in officio commiſſo, per ſuos Officiales: quia debuit eligere idoneos, & ſufficientes, & ſic eſt in culpa de mala electione, & ideo pro illis tenetur, cuius dictum comprobatur per text. in l. Licet, ff. Naut. caupo. ſtabul. l. 1. & 2. C. de Periculo. nomina. lib. 11. & in expreſſo tenet, Bartolus in l. 1. ff. ad l. Iul. repetund. verſiculo Quæro pro quibus, Pariſ. de Pute. de ſyndicat. verbo Familiaris ſiue familia, folio 111. numer. 5. & in verb. An ex eo, fol. 114. & in verbo. Poteſtas tenetur, folio 207. in principio, Cathal. in eodem tracta. quæſtion. 246. numer. 156. Amodeus in ſimil. tractat. numer. 296. plures alios cumulat; Bouadilla libr. 5.
90 capit. 1. numer. 78. & 79. Et prædicta adeo vera ſunt, quod dictis Vicarijs, nec alijs, quibuſcunque Magiſtratitus allegatio ignorantiæ hoc in caſu eis prodeſſe poterit: quia tenentur in
91 dagare ea, quæ ſui Officiales faciunt: nam diſpoſita in ſcinte habent locum, in ſcire debentem, vt per Baldus in capit. 1. §. Vaſſallus, in titul. Si de feud. fuerit controuerſ. inter domin. & cognat. numer. 1. per text. in l.
92 Quod te, ff. Si cert. petat. l. penul. C. de Priuil. tuto. vbi quoque tenet, quod aliquando quis dicitur ſcire, per vehementem opinionem conſonantem ſubſtantiæ veritatis; quæ vehemens opinio ex immediatis indicijs naſcitur, vt nota. Doctores in l. Dolum ex indicijs, C. De dolo, l. Milites §. O-
93 portet, C. de Quæſtio, & in ſimilibus delictis ignorantia craſſa, & ſupina non excuſat: vt in l. Nec ſupina, ff. de Iur. & fact. ignor. l. 1. ff. de Abige. Iaſ. in l. Si res obligata, numero 36.

col. penul. vbi dicit, quod quando quis tenetur indagare factum alienum ratione officij sui, tunc præsumitur illud scire, nec tolleratur ignorantia text. est notabil. in capit. innotuit, circa finem in verbo. Nec probare cogimus ignorantiam; de election. iunct. glo. & ibi, nota. Abb. 3. colum. & ad idem est text. in capit. quamuis, & ibi Abb. de regul. iur. vbi dicit text. quod non
95 potest esse Pastoris excusatio, si Lupus Oues comedit, & Pastor nescit cum teneatur inquirere, & curam habere de ouibus suis. Sic ita debent Vicarij, & Potestates terrarũ certiorari velle, & vigilantissimos esse Pastores. Qualiter in officio, sui Comites, & Officiales se habẽt, alias tenebũtur pro illis, cũ eos in officio præposuerint, nota. Ioan. de Plat. in l. Cum ad quemlibet de publicis horreis libr. decimo. in fine. Quem refert, & sequitur Auiles in capit. 1. Prætor. verbo. No lo supieron, numer. decimo fol. mihi 55. Bouadill. dicto libr. 5. capit. 1. numer. 79. ad med.

96 Vigessimo secundo, non solum Vicarij, & alij Magistratus tenentur pro suis Officialibus, & familia, vt dictum, est verum etiam, & pro vxoribus, & filijs suis, ciuiliter, quo vero attinet ad vxores tradit Cornelius Tacitus lib. 4. annal. & Vlpianus in l. Obseruare. §. Profiscisci, ff. de Officio Proconsul. ibi profiscisci autem Proconsulem melius est sine vxore, sed & cum vxore potest, dummodo sciat, senatum Messala, & Cota. Coss. censuisse futurum, vt si quid vxores eorum, qui in officio profisciscuntur deliquerunt, ab ipsis ratio, & vindicta exigatur. Et Petr. Grego. de syntag. iur. 3. p. lib. 47. num. 29. in fine Auiles in cap. 1. Prætor. Glos. Mugeres, & glo. Hijo, & in capit. 43. glo. No consientan, numer. 2. post Amodeum de syndic. numer. 98. Bouadilla libr. 5. capit. prim.
97 numer. 78. Et prædictorum ratio est, quia vxor dicitur de familia viri l. Quicunque, C. de re milit. libr. 12. & capit. hæc imago. 30. quæstion. 5. Et ideo a viro corrigi potest, & ex causa legitima modice verberari; vt in capit. sicut vlterius 7. quæstion. 1. l. Consensu, & in Auth. ibi posita. C. de Repud. glos. in capit. Quemadmodum de iur. iurand. Puteus. de syndicat. verbo. Potestas tenetur, numer. 2. fol. 207. vbi ampliat, quod non solum potestas tenetur pro vxore, quam secum duxit, verum si duxerit matrem, quæ promisit victoriam causæ, vel remissionem, & veniam delictorum pro pecunia, vel pro serico, aut lino sibi donato: quia tenebitur, licet mater non videatur esse de familia filij, vt in l. Qui adoptio. versic. ita, ff. de Adoptio. Similiter respectu filiorum tenentur Vicarij, & Potestates vbi eorum filij delinquerint in officio, seu munere assumpto, de consensu, & scientia ipsorum, vt in l. 2. ff. Ad municip. Ias. cons. 27. in fin. lib. 3. Beer. decis. 217. n. 11. in fine Menoch. de arbitra. casu 302. numer. 5. Farinac. quæst. 24. numer. 54. Bouadill. dict. lib. 5. cap. 1. num. 78.

98 Vigessimo tertio, ex quo Vicarij, & reliqui Magistratus tenentur, pro excessibus, & factis suorum officialium, ex eo coguntur, & cogi possunt, ad eos exhibendum in hoc visitationis Iuditio, ad effectum, vt conueniantur, vel vt testimonium ferant de his, quæ in officio fecerunt, tenet Hostiens. in summa de testib. in principio, Lucas de Penna. in l. Agentes, C. de Agentib. in reb. libr. 12. colun. 3. vbi dicit, ꝙ post administrationẽ Iudicũ depositam, ad quærimoniã Prouincialium, seu curialium, alicuius Ciuitatis, aut vbi aliqua alia publica necessitas postulauerit, tenentur Iudices suos domesticos exhibere præsentes. & ꝙ plus est, si idonea causa exegerit, torquẽdi sunt, ad detegenda flagitia Iudicum, quorũ domestici extiterũt. Quẽ refert, &

& ſequitur Aulles in cap. 4. Prætor. Glo. Entregare, num. 7. fol. mihi 110.

99 Vigeſimoquarto, tenentur Vicarij, & alij Officiales delictum committentes in officio, non ex eo, quod delictum commiſſerũt tempore officij, ſed vbicunq. delinquẽrunt fauore, calore, colore, auctoritate, prætextu, vel contẽplatione officij, ex traditis per Pariſ. de Put. in tract. de ſyndic. verb. Iudices ad ſyndicandum qui ſint, num. 6. 7. & 8. & in verbo. Officialis offenſa, nu. 6. Guiller. de Cune. in l. Nulli, C. Quorũ appell. non recip. Bald. in l. 2. in fine, & ibid. Salycet. vbi de ratione Corne. cõſ. 132. col. 2. Bajard. ad Clar. quæſt. 73. nu. 1. Farina. q. 19. nu. 34. Et propterea vbi Vicarius, ſeu Officialis Adulterium, Homicidium, vel Furtum commiſiſſet, licet talia delicta non ſpectent ad Viſitatorem, ſed ad Iudicem ordinariũ, nihilominus ad ipſum Viſitatorẽ ſpectarent, vbi talis Vicarius, Algutzirius, ſeu alius Officialis adulteraſſet, Homicidium, Furtum, vel aliud ſimile delictum commiſiſſet, cõtemplatione officij, vt quia mulierem citari feciſſet in curia, cauſa teſtimonij perhibendi, vel ſub colore inquirendi delictum contra ipſam, & cum fauore officij, aut eius prætextu eam adulteraſſet, vel ſi litigaret in curia, & ea de cauſa fuiſſet adulterata, quia tunc vtiq. Viſitator cognoſceret, ex quo delictum eſſet commiſſum, non vt ab Officiali, ſed prætextu, & occaſione officij, ita not. Bald. Guillerm. de Cune. Pariſ. de Puteo. in locis allegatis, & rauit. ſuper ritu magnæ curiæ 49. num. 27. & Bouadill. lib. 5. cap. 3. num. 120.

100 Vltimo, in alijs quam pluribus caſibus tenentur Vicarij, Baiuli, & alij Officiales iuriſdictionem exercẽtes, quos per te videre poteris apud Auil. in cap. 3. Prætor. in glo. Mandado, & in c. 43. Glo. No conſentan, & latiſsimè per Bouadill. lib. 1. cap. 13. per tot, & per Mieremin p. 2. cap. 21. coll. 9. fol. mihi 104. vbi loquitur de Algutzirijs, & eorum exceſsibus, & idem in capit. 31. coll. 10. vbi loquitur de Commiſſarijs, & in c. 31. coll. 6. vbi de ſalarijs Algutziriorũ, & idem in cap. 33. coll. 6, loquitur ne aliquid exigatur pro electione capitis excubiarum, & Subbaiulorum ſub pæna ducentorum morabatinorum, & priuationis officij. Et demum in d. titu. de Coſas prohibidas als Officials, & in tit. de Algutzirs, & in Conſt. 4. & 5. incip. Ajuſtant tit. de Capturas, pag. 510. & in forma iuramenti per Vicarios præſtandi, de quo loquitur Conſtit. incip. Aqueſta es la forma del ſagramẽt dels Veguers pag. 115. & Conſt. 9. eod. tit. de Veguers pag. 116. & per eundem Mier. p. 1. cap. 1. coll. 2. fol. 7. & c. 13. coll. 3. fol. mihi 33. vbi referuntur in dictis locis fere omnia, ad quæ Vicarij, Baiuli, & alij Officiales iuriſdictionales ratione officij in iuditio tabulæ ſeu ſyndicat' rationem reddere tenẽtur. Quæ ſi omnia tranſcriberẽtur potius laborioſum quam ſubtile videretur, & cum melius, ſit pauca dicere, quam multis inutilibus aures hominum prægraua-re maxime cum à ſuperfluis abſtinendum ſit l. in tanta. § contrarium, C. de vet. iur. enuclean. l. Breuiter, ff. de Officio præf. Prætor. Ideo vt breuitati ſtudeam ad dictas conſtitutiones in locis ſuperius citatis te ipſum remittendum duxi.

(.§.)

CAPVT XVII.

DE IVDICIBVS, ET ALIIS INFERIORIBVS OFFICIALIBVS ORDINARIIS, DEQ. illorum Baratarijs, concussionibus, extorsionibus, subornationibus, aliisq. per Sordes, & dolum, imperitiam, & negligentiam, per eos in eorum officijs commissis.

SVMMARIVM

1 *Officiales et Iudices imputãtur, de Baratarijs concussionibus, extorsionibus, & subornationibus, nec nõ de dolo, sordibus, et negligentijs.*

2 *Barataria est permutare iustitiam pro pecunijs, aut alio interesse, seu respectu.*

3 *Iudex pecunia corruptus, iniquam proferens sententiam, dicitur baratarius, & grauissimum scelus committit.*

4 *Iudex, qui Barataria committit, dicitur preditor, & fur.*

5 *Barataria dicitur furtum.*

6 *Accusator quilibet admittitur, in crimine Baratariæ, quia repetundarum actio popularis est.*

7 *Reuelans Barataria, seu Iudicis corruptionem debet habere præmium, si reuelatam corruptionem probauerit, & impunitate gaudet etiã quod sit conscius, & particeps, ipsius Barataria.*

8 *Concussio aliud non est, quam subditos præmere occasione dignitatis, vel officij, ab eisque pecuniam seu aliud per metum extorquere, & referuntur exẽpla concussionis ibidẽ.*

9 *Extorsio furtum siue Barataria est, quoties aliquid datur Officiali siue eius familiæ, & ministris, eo scientepro iustitia administranda, vel aliquid contra iustitiam faciendo, vel aliter diffinitur, ibi nu. 10.*

11 *Iudex, qui submittit suum amicum ad alloquendũ, et operandũ cũ accusato, vt pro absolutione ei pecuniam tradat, dicitur extortionem committere.*

12 *Iurisdictionem alterius vsurpando quis extorsionem committit.*

13 *Subornatio dicitur quotiescunq. Officialis aliquid petit, vel accipit a litigantibus non vi, sed sponte, & ratione doni accepti aliquid facit.*

14 *Barataria tunc committitur quando Iudex pro iustitia faciẽda pecuniam accepit, quia non licet dare Iudici, vt iustitiam faciat etenim venditio iustitiæ prohibita est quinimo, & mortaliter peccat, qui pecunia accipit vt iustã ferat sententiam,*

vt

vt numer. 15. & 16.

17 Barataria committitur, quando Iudex aliquid recepit pro expeditione cauſæ.

18 Cauſæ Pauperis, Forenſis, & antiquioris litigantis ſunt prius per Iudices expediendæ.

19 Barataria committitur, quando Iudex donum accepit, licet ipſe nihil promittat, & modo iuſtitiam, vel iniuſtitiam faciat.

20 Barataria etiam committitur à Iudice aliquid recipiēte à ſpōte dante.

21 Barataria committitur per Iudicem ex promiſsione indemnitatis, quam recipit pro ſententia facienda.

22 Iudex Barataria committit ex ſola promiſsione, & illius acceptatione & aſsignatur ratio, num. 23.

24 Declara dūmodo promiſsio fuerit certa, & ſpecifica de certa ſumma, aut re tradenda; ſecus vero ſi fuerit generalis, & incerta.

25 Barataria committit Iudex non ſolum quando pecuniam accepit, ſed etiam ſi aliā rem, vel commodum, ſeu vtilitatem ſentiat.

26 Iudex Barataria cōmittit, quādo eius filius a litigante beneficiū Eccleſiaſticū abſq. oppoſitione obtinuerit, vel eius filia ab ipſo litigante fuerit dotata, vel monialis effecta.

27 Iudex Barataria quoq. cōmittit vbi pecuniā recepit ob aliquid faciendū, licet poſtmodum non fecerit.

28 Affectus in crimine Baratariæ punitur, etiam quod non ſequatur effectus, adeoq. vt re integra in eo non eſt locus pœnitentiæ.

29 Officialis attentans Barataria punitur, etſi nō perficiat, vt puta ſi accepit pecuniā, & non dum tulit ſententiam, & aſsignatur ratio num. 30. Declara, vt num. 31.

32 Iudex recipiens pecuniam ſub titulo venditionis, donationis, aut alterius cuiuſcunque contractus præſumitur recepiſſe, ſub velamento Baratariæ.

33 Iudex pecuniam mutuo recipiens a litigantibus Barataria committit.

34 Baratariæ crimem tunc commiſſum dicitur, quando Iudici fuerit aliquod æs alienum remiſſum.

35 Barataria committitur, quando Iudex pecuniam, munera, ſeu alias res accepit non per ſe, ſed per vxorem, filios, famulos, aut aliam interpoſitam perſonam.

36 Concuſsio committitur, per minas Potentis, per carcerem, & per metum violentum, & referuntur nonnulla exempla concuſsionis.

37 Concuſsio committitur per Officialē metum inferentem, non ſolum facto, ſed etiam verbis.

38 Concuſsio, & terror ſemper per Officialem inferri præſumitur.

39 Concuſsio ſine metu quandoque committitur cum mendacio, & referuntur exempla.

40 Extorſio, & ſubornatio, quibus modis committatur, vide remiſsiue.

41 Iudex per ſordes iudicare dicitur, quando ad iudicandum mouetur, vel ex precio, ſeu præmio, vel ex-

presse seu gratia, vel ex odio seu inimicitia, vel ex timore.

42 Iudex dolo iniuste iudicans deliquit, contra Deum, contra Rempublicam, & contra partem litigantem, & ideo non solum tenetur parti ad interesse verum, & pœna arbitraria puniri potest.

43 Iudex qui dolo iniustam protulit sententiam est infamis.

44 Iudex qui dolo ad mortem condemnauit, & tradidit, tenetur, & ipse pœna mortis, secus si per imperitiam quia tunc mitiori pœna punitur, numer. 45.

46 Iudex per imperitiam male iudicans tenetur in syndicatu, & assignatur ratio, n. 47.

48 Iudex inferior, et pedaneus obnoxius est obseruare legem, nec quid minimum ab ea discedere.

49 Iudex qui per imperitiam male iudicauerit, litem suam facit, & parti interesse soluere obligatur.

50 Iudex imperitus voluntarie assumens munus iudicandi, mortaliter peccat iniuste, & male iudicando, nam culpa est immiscere se in officio cuius incapax est.

51 Iudex adeo tenetur, vbi per imperitiam male iudicauerit, quod etiam pars contra quam fuerit pronuntiatum non appellauerit, ec quia no luerit, vel no potuerit, nihilominus de imperitia tenebitur, & in Syndicatu conuenirí poterit.

52 Amplia vt etiam teneatur Iudex ex sententia per imperitiam lata, quamuis pars ab ea appellauerit, et appellationem non fuerit prosequuta, & ex eo appellatio de serta fuerit.

53 Iudex non admittens appellationem quam admittere debebat in Syndicatu tenetur, & assignatur ratio num. 54. & etiam mortaliter peccat num. 55.

56 Iudex sicut tenetur male iudicans, ita si ex lata culpa iudicat, seu aliâ iniustitiam faciat.

57 Iudex tenetur non solum quando contra leges iudicat, verum & quando contra communem Doctorum opinionem litem suam facit, & nam tunc parti ad interesse obligatur.

58 Iudex iudicans contra statuta tenetur in Syndicatu; non aliter, ac si pronuntiasset contra leges.

59 Iudex non seruans consuetudinem, & contra illam iudicans in Syndicatu tenetur.

60 Iudex sine causa delinquenti pœnam minuens, aut augens in Syndicatu punitur.

61 Iudex relaxans carceratum non relaxandum, ad quid teneatur, tam in causa ciuili quam criminali.

62 Iudex, qui in contractuminorum interponit decretum, quomodo teneatur, & adquid.

63 Iudex non relaxans carceratum sub fideiussore in casu quo de iure relaxare debebat in Syndicatu tenetur.

64 Iudex, qui relaxat carceratum sub fideiuss-

fideiuſſore tacite cẽſetur declaraſſe animum ſuum fuiſſe ſe non velle aliam imponere pœnam quam pecuniariam.

65 *Carceratus, qui ſub fideiuſſoribus à carceribus venit relaxandus ſi fideiuſſores non inuenit, & loco illorum pignora offerret tenetur Iudex vbi illum non relaxauerit.*

66 *Carcerati in quibus caſibus fideiuſſoribus ſunt relaxandi, vide remiſſiue.*

67 *Iudices tempore fœriarum ſolemniũ paſchatis, & Natalis Saluatoris noſtri plures carceratos relaxare debent dummodo non ſint nominati ibidem n. 68.*

69 *Iudex relaxans carceratum ſub fide iuſſore non idoneo tenetur de ſuo, in ſyndicatu vbi carceratus relaxatus recarſerari non potuerit.*

70 *Iudex tenetur de retardata iuſtitia, quando moram facit in iudicando de die in diem, & aſſignatur ratio nume. 71. quæ confirmatur, pluribus ſacræ paginæ auctoritatibus, & alijs num. 74.*

75 *Iudex denegata, ſeu denegata iuſtitia tenetur quando requiſitus à parte obmuteſcit, & non reſpondit, vel non facit id quod tenetur, vel differt ſuperſedendo.*

76 *Iudex diſſimulans interloqui vbi debet iuſtitiam negligit.*

77 *Paria ſunt iniuſtitiam facere, & iuſtitiam denegare, & negligenter adminiſtrare.*

78 *Iudex quando dicatur iuſtitiam denegare.*

79 *Iudex nollens recipere teſtes iuſtitiã denegare dicitur, & parti ad intereſſe tenetur.*

80 *Repulſam teſtium denegare eſt defenſiones denegare, & aſſignatur ratio n. 81.*

82 *Iudex ex officio tenetur recipere teſtes pro defenſione rei aliàs in ſyndicatu tenetur, & traditur ratio num. 83.*

84 *Princeps non poteſt etiam de abſoluta poteſtate tollere defenſionis quia peccaret.*

85 *Iudex non recipiens defenſionem rei vſque ad calculum ferendæ ſententiæ in ſyndicatu tenetur.*

86 *Appellatio ſicut datur à breui dilatione ita fortius à denegato termino ad probandum.*

87 *Iudex non pronuntians infra terminum a ſtatuto, ſeu lege præfixum punitur, & an ſit neceſſaria partis inſtantia, & requiſitio, & quotuplex. num. 88.*

89 *Iudices ſoliciti, & diligentes eſſe debent in cauſarum expeditione, quia negligentia iudicis dicitur lata culpa, & dolo æquiparatur, & pro ea in ſyndicatu tenentur, & aſſignatur ratio num. 90.*

91 *Negligentia dicitur peccatum mortale præcipue vbi fuerit magna diſſoluta, & dolo proxima, & tunc criminaliter punitur.*

92 *Iudex propter doloſam negligentiam*

incurrit